

61 *Audiend. Confess.*  
alium inebriat, quadraginta  
dies pœniteat. Quod si in cõ-  
suetudine habuerit, commu-  
nionem priuetur; donec dignè  
pœniteat, & emendationem  
promittat. Eadem reperies ap-  
ud Iuonem Episcopum Car-  
notensem, parte 13. decretorũ  
à capite 66. Peccat etiam Ma-  
gistratus, qui talia quando  
possunt, non cohibent. Taber-  
natores autem, & talium com-  
mestationum authores & ad-  
ministrati, quamuis eiusmodi  
officia vt in se sunt, licitè ex-  
erceant, tamen quando varijs  
fomentis & illecebris homi-  
nes ad comptandum, & ali-  
os luxus alliciunt, non sunt à  
peccato immunes: quia com-  
municant & quodammodo  
sunt


*Instructio.* 62  
sunt causa peccatorum, quæ  
tales comptationes conse-  
quuntur. Itaq; monendi sunt  
tales, vt securius aliunde vi-  
ctum quàm hinc acquirant.  
Difficile est enim (inquit Sa-  
piens) cauponem iustificari à *Eccl: 26*  
peccatis labiorum. Si autem  
aliunde viuere non possunt,  
caueant ne sint alijs luxus &  
peccatorum causa.


*De quarto præcepto.*


**Q**uarto præcepto requiri-  
tur honor parentum: per  
quos intelliguntur omnes su- *Superio*  
periores, tam spirituales quàm *res.*  
seculares. His omnibus autè  
debetur honor, reuerentia, &  
obediencia.

Parentibus autem carnali-

F 2 bus







XVI

Porrodonroki II.

Brevis et utilissima  
instruclio

τ. XXV, 190

XVI, 8°-39.



1997. 1957

Audiendarum  
confessionum  
instructio

in gratiam

carptim collecta, & secun-  
dò edita.

PER HIERONYMUM  
KODOVIVM Archipresbyterum  
Crac. Canonicū Gnesnen;  
& Pofnaniem.



Cracouizæ, In Officina Lazari,  
Anno Dñi 1586.

℞



*S. GREG. LIB. I. Pastor:*  
*cap. i.*

Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastoribus, magisterium Pastorale suscipitur in magna temeritate: quoniam ars artium est regimen animarum.

*Mitri. P. B. Beon.*  
*lingui. A. Convet. m.*  
*Prætor*

A V T H O R  
Studioſo Lectori S.

**M**VNVS Confessarij, in mi-  
nimis etiam ſatis difficile &  
periculofum, tantò nunc difficilius  
ac periculofius, rudioribus ſacer-  
dotibus accidiffe reor; quantò vbe-  
riore S. Sedis Apoſtolice liberali-  
tate, grauiffimorum, & propterea  
ipſi Summo Pontifici vel Epifcopo  
reſeruatorum caſuum, cenſura &  
diſiudicatio, per crebram Iubilei  
conceſſionem, omnibus promiſcue  
ſacerdotibus concredi ſoleat. Ma-  
ximè verò cum quotidiana doceat  
experientia tantam eſſe apud nos  
(proh dolor) complurium ſacerdo-  
tum curas animarum adminiſtran-  
tium ignorantiam, vt nedum caſus  
difficiles & intricatos rectè reſol-  
uere; ſed in leuioribus, inter morta-

PRAEFATIO.

Pfal 37.

lia & venialia peccata nõ satis quandoque discernere queant : adeò vt mirum non sit , quòd plagæ Christiani populi hoc infelici seculo satis enormes, non curatæ, sed veriùs dissimulatæ, vel (quòd olim Propheeta querebatur) occulta & inueterata illa putredine corruptæ, in grauiores & vix curabiles infidelitatis, vel impietatis & atheismi morbos erumpant, & recrudescant. His ergo rationibus iampridem per motus, permagnum operæpretium esse existimaui, vt ab ijs, qui in talibus studiis vberius à Domino talentum aliis dispensandum acceperunt, aliqua saltem summaria Confessarij instructio, nostris neglectis ingenijs accommodata, conscriberetur. Qua in re cùm hætenus non solum votis, sed etiam monitis nequicquam proficerem,

PRAEFATIO.

ficerem, charitas Christi, & tanta <sup>2. Cor. 5.</sup>  
 fratrum necessitas ur̄sit nos, ut ea,  
 quæ inter alias occupationes no-  
 stras, in hoc genere magis commu-  
 nia ac utiliora (quibus tamen erro-  
 res hæctenus cõmissi, hac Iubileorũ  
 opportunitate, corrigi aliquomodo  
 possint) in mentem veniebant, non  
 minus breuiter quàm simpliciter  
 collecta, in gratiam & quaecumq;  
 subsidium rudiorum ederemus.

Tu igitur pie Lector, interea  
 dum fortasse vberiora expectas, iis  
 quæ nostra dat tenuitas, nostri in  
 orationibus non imme-  
 mor, fruere.

A 3 BRE-

Conuen: Trem: C. R. F.

Joni. J. Hof. 4. Hof. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

I  
B R E V I S  
A V D I E N D A R V M  
C O N F E S S I O N V M

*Instructio.*

*Mat: 18.*

*Ioan: 20.*



*2. Paral.*

*20.*

VM Sacerdos ha-  
beat potestatem di-  
uinitus traditā, per  
suum iudicium, ho-  
minibus cœlum aperire, vel  
claudere: illud in primis sibi  
dictum esse existimabit, & di-  
ligenter expēdet, quod p̄ien-  
tissimus Rex Iosaphat quon-  
dam iudicibus, super populū  
domini constitutis, loqueba-  
tur: Videte (inquit) quid faci-  
atis: non enim hominis exer-  
cetis iudiciū, sed Domini: &  
quodcunq. iudicaueritis, in  
vos redundabit. Sit timor Do-  
mini

mini vobiscum, & cum diligencia cuncta faciatis: nō est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas. Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum, inter cognationem & cognationem, vbicunq. est quæstio de lege, de mandato, de cærimonijs, de iustificationibus, ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos, & super fratres vestros &c. Et per Ezechielem Do-

Ezech:3

33.

minus dicit: Ipse quidem peccator in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua (ō Pastor negligēs) requiram.

Sacerdoti igitur curam animarū habenti, plurima sunt

A 4 scitu

3 *Audiend: Confess:*

*Vers: 6.  
cap. 1. de  
Refor.*

scitu necessaria. Nam (vt Episcopi coadiutor est) iuxta Concilij Tridentini sententiam, gerit munus, Angelicis etiam humeris formidandum. Ideo videat quisq; , quomodo ad hoc onus idoneus accedat, quod olim doctissimi iuxta & sanctissimi viri formidare consueuerant. Ex plurimis ergo scitu necessarijs, hæc pauca & præcipua in gratiam rudiorum excerpimus. Primum ergo Sacerdoti audituro Confessiones, duo omninò sunt necessaria, sine quibus hoc munus peragere non potest. Primum est Potestas: Secundum Scientia. Potestas duplex requiritur. Prima ordinis; nimirum vt habeat ordinem

nem Presbyteratus, legitimè, *Potestas ordinis.*  
 non per saltum, & nullo intercedente Canonico impedimento adeptum. In quo multi sunt negligentes, & incauti: & per hoc, officium suum simul & conscientiam in discrimen inducunt. Deinde post adeptionem Presbyteratus, videat ne sit in officio suo impeditus per censuras Canonicas, videlicet suspensionem, excommunicationem, irregularitatē, & similia. Quæ quoniam sæpius à iure per Canones incurruntur, debēt Sacerdotes in ijs esse cauti & circumspecti, libros, vel in hoc peritos consulendo. Quoties enim aliquis, horum aliquo in nodatus officium suum exer-



3 *Audiend: Confess:*

cet, toties peccat mortaliter,  
& fit irregularis.

*Potestas* Altera potestas ad hoc re-  
*Jurisdic-* quiritur Jurisdictionis, hoc est  
*tionis.* quando officio absoluendi,  
quod in Presbyteratu quis  
percepit, additur sibi anima-  
rum cura, & subditi, in quos  
potestatem illam exerceat.  
Quod fit dupliciter: Primò,  
per potestatem ordinariam,  
id est, ex officio curato, sibi in-  
cumbentem: qualem habet  
Papa in omnes Christianos,  
Episcopus in suos Dioecesia-  
nos, Parochus & quiuis cura-  
tus in suos subditos. Secun-  
dò, per potestatem delegatã:  
quando Papa per delegatio-  
nem ubiuis, vel Episcopus  
per substitutionem seu com-  
men-

mendam, vel aliquam saltem approbationem, verbo vel scripto factam, in sua diœcesi concedit non curatis etiam sacerdotibus, tam secularibus, quàm Regularibus, facultatem alienos etiam subditos absoluendi, & alia Sacramenta administrandi. Alioqui qui tali concessione non habita, absoluit subditum alienum, nō solùm peccat mortaliter; sed etiã absolutio nulla est. Reliqua autem Sacramenta cum tali defectu administrata, sunt quidem valida, sed cum peccato cōferentis, & recipientis, si sciret eum fuisse non proprium Parochũ, vel eo quo dictum est modo potestatem ad hoc non habent.

bentem: & se non debere illa  
ab alieno Sacerdote require  
re: quod deberent illos Paro-  
chi docere & monere. Exci-  
piuntur tamen ab hac Regula  
casus necessitatis. Primò in ar-  
ticulo mortis, id est, quando  
communiter quis putatur in  
illo morbo vel casu moritu-  
rus: tunc enim quilibet Sacer-  
dos, etiã (secundùm aliquos)  
Canonicè ad hoc impeditus,  
ab omnibus casibus, etiam Pa-  
pæ reservatis, potest absolue-  
re. Secundò, absentia ex iu-  
sta vel necessaria causa pro-  
ueniens: Quia peregrini &  
viatores possunt absolutionẽ  
etiam in Paschate, & alia Sa-  
cramenta percipere ab alieno  
Sacerdote, in cuius Parochia  
tunc

tunc existunt. Tertio, quando propter hæresim vel similem aliquam calamitatem, est defectus propriorum Sacerdotum: tunc enim potest, & debet vicinus illis administrare Sacramenta: sed deberet hoc cum scitu loci ordinarij facere, propter securitatem.

Secundo requiritur in confessorio *Scientia*. Si enim iudex secularis, in rebus minoris momenti, non constituitur nisi iudicio superiorum, ob Juris peritiam ad hoc approbetur: quanto magis id necessarium est, in iudicio gravissimo, & omnium difficillimo, quando de Regno cœlesti & gehenna, perpetua & nunquam reuocanda causa agitur?

tur? Debent ergo tales Sacerdotes assiduè habere in manibus, & legere aliquam summam casuum conscientiaè, vt est *Armilla, Syluestrina, Enchiridion Nauarri, & similes*, vbi per ordinem Alphabeti habent casus peccatorum, saltem præcipuos decisos ac resolutos. Si autem talibus libris non possunt semper vacare; saltem deberent legere, & (si fieri possit) memoria tenere breues libellos hac de re editos: Qualis est *Tractatus Sacerdotalis, Manipulus curatorum, Directorium Ioannis Polanci, vel alij similes*. Ex quibus tantum saltem proficiant, vt faciliores casus sciant resolvere: in difficilioribus

bus autē saltem norint dubitare, eorumq; resolutionem, ex plenioribus libris, vel doctioribus consultoribus petere. Ad quod propositum assequendum cōmuniora & præcipua hīc tangentur. Sed prius non omittendum est.

Præter talem potestatem & scientiam, requiri etiam in confessario, saltem ex decencia, hæc tria. Primum est prudentia. Secundum Bonitas. Tertium Sigilli Confessionis secretum. Prudentia in hoc *Prudentia* consistit, vt confessarius sit *tia*. cautus in medendis & curandis morbis animæ, qui sunt longè quàm corporis difficiliore. Ideo sciat prudenter confitentē examinare in peccatis,

Alberhts wieckow

catis, vt obliuorum commo-  
nefaciat : neglecta & parui  
penſa exaggeret, ſine ſcanda-  
lo tamen pudicarum conſci-  
entiarum: tum etiam vt pœni-  
tentem ſciat manu ducere ad  
contritionem, peccatorum  
deuitationem, per propria &  
apta remedia, quæ pro diuer-  
ſitate morborum ſpiritualium  
& perſonarum, conſcientiis  
erunt applicanda, & ex dire-  
ctorio Polanci petenda. Qua-  
propter ad hoc indiget non  
ſolum ſcientia, & prudentia  
acquiſita, ſed etiam diuinitus  
infuſa. Ideo deberet ante-  
quam ad audiendas confeſ-  
ſiones accedit, implorare ad  
hoc, ſibi & pœnitentibus, di-  
uinum auxilium per Miſſam,  
vel

vel alias orationes, pro ratione tēporis & opportunitatis.

Secundò requiritur in illo *Bonitas.*  
vitæ probitas. Sicut enim Dominus pastores potissimùm, *Matt: 5.*  
ob eminentem scientiam lucem aliorum appellavit, quasi quis careret, cœcus cœcum *Mat: 15.*  
in foueam præcipitaret; ita eorundem probitatem, salis *Luce 14*  
similitudine exprimere voluit: quippe quorum sanctitate & innocentia, veluti sale spirituali, animarum putores & corruptelæ corrigi, salem autem infatuatum, tanquam inutilem foras proijci, oporteat. Et alibi, tantum officium indignè ac pollutè exercentem sic Dominus alloquitur: *Psal: 4*  
Quare tu enarras iustitias meas, &

B assu-



13 *Audiend: Confess:*

assumis testamentum meum  
per os tuum? Tu verò odisti  
disciplinam, & proiecisti ser-  
mone meos retrorsum. Exi-  
stimasti inique, quòd ero tui  
similis? Arguam te & statuam  
contra faciem tuam. Accedit  
& aliud improbitatis incom-  
modum, nimirum quòd mul-  
ti homines, præsertim fœmi-  
næ, non audent talibus Sacer-  
dotibus occultiora peccata  
reuelare, quum sciant eos in-  
ter heluones ebrietati operã

*Prou: 31.* dare: Nullum autem ( inquit  
sapiens) secretum est, ubi re-  
gnat ebrietas. Et ita dum ta-  
les confitendo, aliqua pecca-  
ta volentes & scientes reti-  
cent, totam Confessionem &  
Absolutionem faciunt irritã:  
& de-

& deinceps, in peccato Eucharistiam sumentes, ad peccandum indurantur. Videant ergo Sacerdotes quantum positum sit in probitate vitæ. Cui addi potest, & illud: Sacerdotem dissolutum, non factis esse capacem prudentiæ ad tam arduum munus, diuinitus infundendæ, iuxta illud: In maleuolam animam non *Sapient: i.* intrabit Spiritus sapientiæ, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

Tertiò requiritur Sigillum *Sigillũ* secreti, hoc est, vt confessio- *secreti.* ne audita, eam in toto vel in parte nulli hominum, etiam Papæ requirenti reuelare audeat, eò quòd in hoc locum ipsius Dei teneat, qui nullius

15 *Audiend: Confess:*

subditur potestati. Nō solūm  
autem debet celare peccata  
ipsa, sed etiam ea, ex quibus  
quocunq; modo peccata in-  
notescere, & manifestari pos-  
sint. Ideo si quis interroga-  
ret Sacerdotem, vtrum hunc  
audiuerit confessionem, po-  
terit hoc fateri Sacerdos sicu-  
ti est. Sed vlteriūsq; inquirenti,  
vel peccata, vel quid confes-  
sus fuerit, vel an illum absol-  
uerit, hoc non debet dicere;  
sed vel tacere, vel si tenetur  
respondere tanquam superio-  
ri, debet dicere: functus sum  
officio meo. Qui ergo violat  
hoc secretum quo uis modo,  
directè, tacitè vel expressè,  
grauissimas pœnas Canoni-  
cas incurrit: grauiores autem  
diui-



diuinas, quòd loco iudicis in folio residens diuino, proditor est animarum: Tum quòd tales Sacerdotes sunt causa, quominùs fideles & sæpè & fideliter confiteantur: de quo illi Deo respondebunt.

Ex quo sequitur Confessionem Sacramentalem, debere esse singularum personarum & secretam: eosq; à sacrilegio non esse immunes, qui in concursu populi tempore Paschali, præmissa generali confessione, solent pluribus simul absolutionem Sacramentalem impendere. Talis enim confessio in casu tantùm extremæ necessitatis, vt naufragij, vel cladis bellicæ subito ingruentis, & similium

liceret, ad excitandam contritionem, quæ in tali casu suppleret vim integri Sacramenti. Talis etiam ferè est confessio illa generalis, quæ post cõtionem apud nos fieri solet; quæ cum non sit sacramentalis; ideo nec absolutio sacramentalis illi impenditur, sed tantum per modum deprecationis. Tamen laudabiliter solet fieri, ad excitandam contritionem peccatorum circa Missam. De quo populus incautus est admonendus: simul etiam de eo, ne turmatim ad confessionem confluat.

*Tempus  
Pascha-  
tis.*

Quandoquidem tempus Paschatis intelligitur apud nos, à Dominica Palmarum, usque ad Dominicam Conductus Paschæ

Paschæ inclusiue: per quod  
tempus possent omnes suffi-  
cienter expediri. Quod si nec  
id sufficeret, posset autorita-  
te loci ordinarij latius exten-  
di. Quòd autem ieiuniorum  
post Pascha importunitate se-  
se à communionem excusare  
solent, satis congruum erit se-  
mel tantum pridie communi-  
onis ieiunare, quando qui-  
dem ad communionem suffi-  
ciat ex præcepto ieiunium à  
mediâ nocte ante communi-  
onem inchoatum: quod tamen  
populo sine necessitate non  
est propalandum, ne à lauda-  
bili consuetudine plus ieiu-  
nandi reducatur. Sed ad sci-  
entiam redeamus, quam o-  
portet habere, confessarium  
suffi-

sufficientem, & aliunde petendam (vt dictum est) Hic tamen nonnulla communiora, & maximè necessaria tanguntur.

*Praxis  
audiendae  
confessionis.*

Itaq; Sacerdos auditurus confessiones, quædam obseruabit ante confessionem: quædam in ipsa confessione: quædam autem post confessionem. Ante confessionem, Primò inuocabit gratiam & auxilium Spiritus sancti, tam pro seipso, quàm pro confitente, secundùm temporis opportunitatem, etiam vel breuissimè. Secundò habeat bonum & verum zelum iuuandi proximi in illa confessione, non solùm ex obligatione officij; sed etiam ex feruore

uore charitatis: quia tunc Deus maximè adiuuabit eius bonam voluntatem. Tertiò, pœnitentem in loco semotiorib ab hominibus excipiat, nè confessionis sigillum violetur. Quæ violatio fit etiam per illos, qui aliorum confessiones auscultant, propterea de hoc sunt admonendi. Deinde genu flexo, & crucis signo præmissò, facie autem in latus auersa (præsertim à muliere compta ob vitandã tentationem) imprimis quærat (si *Prou:27* non nouit. Deberet autem verus pastor nosse vultum peccatoris sui) an persona sit sibi subdita: sin secus: an habeat licentiam à proprio Parocho sibi confitendi: vel saltem scit

C

pro-



probabiliter, quia proprius  
 Parochus hanc confessionem  
 ratam habebit: additis (si o-  
 pus fuerit) causis breuissimè  
 cur hoc inquiritur, de quibus  
 suprâ dictum est. Quartò,  
 Si erit subditus, vel ex qua-  
 cunq; delegatione potest au-  
 diri, quærendum est de eius  
 statu & conditione, vt sciatur  
 in qualibus peccatis postea  
 sit examinandus: quia nimis  
 esset longum omnes de sin-  
 gulis peccatis (non enim om-  
 nes omnibus sunt obnoxij)  
 examinare: & fieri posset  
 quòd innocentes peccata di-  
 scerent in confessione: quod  
 maximè est præcauendum  
 Quintò, quærendum à quo  
 tempore confessus sit, an se  
 m

mel in anno, iuxta præceptum Ecclesiæ : præsertim autem tempore Paschatis, quando omnes tenentur in propria Parochia communicare sub peccato mortali, & propterea tunc eiusmodi confessio fieri solet. Si autem hoc omisit, qua de causa : ubi videndum, an iusta fuerit nec ne, & secundum hoc cōscientia aggrauanda. Similiter si proprium Parochum reiecit à confessione, excepto casu necessitatis, vel delegationis Papalis seu Episcopalis, vt supra dictū est : taliter enim admisi censentur etiam esse proprii sacerdotes. Alioqui postea si hoc sciens & volens fecerit, talis confessio erit nulla.

Nunc autem prima ignorantia inuincibili, ex culpa pastoris sui orta, si ei hoc non indicauit, videtur esse excusatus. Sextò, an bene conscientiam examinauerat ante confessiones præcedentes, & vtrum omnia peccata manifesta uerit, quorum recordari potuit, debita diligentia adhibita. Si enim sciens, & volens, vel vnicum peccatum mortale reticuerit, confessio illa erat nulla, & tenetur illam denuò iterare, prout recordari potest. Quòd si non posset subito illius confessionis recordari, deberet ei aliud tempus (vbi fieri possit) ad hoc assignari, vt simul & præteritæ & præsentis confessionis omnia integre

tegrè confiteatur. Si autem omninò non posset dari spatium; tunc dicat quorum recordari potest; & de ijs, cum omnibus aliis erit absolendus. Monendus tamen est, *Oblita* quòd tenetur semper ad confessionem eorum peccatorum, *quæ di-* *peccata* *quæ di-* *cuntur.* quæ illi in præteritis confessi-  
onibus non succurrebant, si illi postea in mentē venirent, quamvis generaliter de oblitis à tempore longissimo, sæpius etiam fuisset confessus. Oblita enim peccata intelliguntur ea duntaxat, quæ sunt, & actu manent in obliuione. Septimò quærendus, an impleuerit pœnitentiam sibi iniunctam, & quam fideliter. Si non; vtrum hoc fecerit ex

infirmitate, obliuione non vo-  
 luntaria, aut aliquo modo præ-  
 ter intentionem suam: Et tunc  
 si præterijt tempus tali satisfa-  
 ctioni assignatum, non tene-  
 tur ad illam: sin minus; tunc  
 suppleat quod omiserat. Si  
 autem negligentia, contem-  
 ptu, vel data opera, tunc ea-  
 dem ipsa pœnitētia, quā omi-  
 sit, vel similis illi iniungenda:  
 & nihilominus hoc confitea-  
 tur, & dolendo pœniteat. Itē  
 quærendus, si impleuit alia  
 quæ sibi iniuncta fuerunt in  
 confessione: maximè si cum  
 inimico redijt in gratiam: si re-  
 stituit damnum in bonis vel  
 fama alicui illatum. Si non;  
 tunc procedatur vt supra, & si  
 videbitur non satisfactorius:  
 agatur

agatur cum illo, vt postea loco suo docebitur. Octauò,

An ante præsentem confessi- *Examē*  
onem adhibuit diligētiam in *consciē-*  
recogitandis peccatis, in ama- *tia.*  
ritudine animæ suæ: quando *Isaiæ 38.*

quidem singulorum enume-  
ratio esset necessaria: sed pro-  
pter labilitatem memoriæ, de-  
beret saltem maximam partē  
eorum repetere memoria, &  
in eo facere diligentiam quam  
potest maximam. Alioqui si  
hoc nō fecit, in aliud tempus  
erit differendus. Si autem pro-  
pter conditionem grauioris  
personæ, vel iter longinquū,  
vel aliud impedimentum no-  
tabile, talis dilatio commodē  
fieri non possit, saltem admo-  
nendus, vt postea in hoc sit

*Excom-  
municati  
absolu-  
tio.*

cautior: nunc autem in reuo-  
candis in memoriam peccatis  
faciat quantum maximè po-  
test. Nonò, quærendum v-  
trum non sit excommunica-  
tus: quia tales non sunt capa-  
ces Sacramentorum, nisi pri-  
ùs ab excommunicatione ab-  
soluantur. Ideo si est excom-  
municatus à Iure, in casu non  
reseruato, vel reseruato, sed  
tempore Iubilei, quando ta-  
les casus relaxantur, absoluē-  
dus est primò ab excommu-  
nicatione, quàm à peccatis.  
Si autem est excommunica-  
tus ab homine, remittendus  
est ad eum qui excommuni-  
cavit, vel qui potestatem ab-  
soluendi de iure vel priuile-  
gio habet: vel ipse facultatem  
absol-

absoluendi à superiore obtineat. Expedi autem simul in reliquis, eius conscientiam examinare, vt si alios casus re seruatos patiatur, eorū simul & excommunicationis relaxatio à superiore obtineatur.

Secundò, Pœnitente sic *Cōfessio*  
 præparato, alia seruanda sunt *qualis fi*  
 in ipsa confessione. Primò *at.*  
 monendus est, vt ipse dicat omnia peccata, quorū potest recordari: recogitando loca, personas, & negotia, quibus operam dabat: omnia quorū recordatur fideliter referendo nihilq; dissimulando, ne sic frustra cōfiteatur. Neq; est quod erubescat quominus verè omnia dicat. Sacerdos enim est in loco Dei, qui no-



uit ista omnia, quamuis ab homine occultentur, & postea illa in extremo iudicio toti mundo reuelabit, si nunc tacebuntur. Dandum erit exemplum à vulnere in parte corporis secreta, quod non sanatur, nisi medico fideliter ostendatur. Explicanda est vis Siggilli confessionis, de qua supra. Tum quòd hoc non est nouum homines etiam enormius peccare, modò resipiscant; ex illo Augustini: Humanum est peccare: Christianum est à peccato resipiscere: Diabolicum est in peccatis perseverare. Ideo Deus dedit sacerdotem hominem & non

*Hebr: 5.* Angelum, vt ipse circumdatus simili infirmitate, possit alijs

liis compati. Porrò, referentē peccata non interrumpat, nisi fortē pauculis verbis, quando non satis intelligit naturā vel circūstantias peccati. Secundò, cū omnia dixerit, examinetur postea iuxta formulam infra scriptam Decalogi, de ijs maximē inquirēdo quibus persona pro statu suo censetur esse magis obnoxia. Cuius particularis examinis Regulas petes ex Directorio Polanci. In carnalibus autē peccatis examinandis, cum foeminis, præsertim autem puellis, cautiùs erit loquendum. Et generaliter hoc seruandum in omnibus, qui possent postea discere peccata in ipsa confessione. Sed si aliter veritas explorari

plorari non possit; præstat interrogare, quoâd eius cautissimè fieri potest, quàm cum peccato hominem dimittere: assignando hanc causam, quòd scire malum bono animo cõuenit vt euitetur: quia hoc bono Christiano non nocet, imò coronam meretur de tentatione superata. Ille autem qui ideo non peccat, quia ignorat peccatum, non solùm vacat merito; sed etiã apud Deum voluntas eius

*Peccatũ mortale & veniale quod.* prona & parata ad malum, reputatur in culpam. In examine autem peccatorum, hoc vel maximè seruandum, vt peccati natura, qualitas & grauitas attendatur. Potest enim esse actus contra legem Dei,

Dei, qui non erit peccatum mortale sed veniale. Mortale ergo peccatum est omne factum, dictum, aut concupitum contra legem Dei, vel præcepta Ecclesię, committendo vetitum, vel quod præceptum est omittendo, animo volenti & plenè deliberato factum: Deum vel proximum graui- ter offendens. Ideoq; tale peccatum priuat gratia Dei: & inducit mortem æternam.

Peccatum autem veniale est, *Peccatū veniale.* quod non fit contrà, sed præ- ter legem Dei, hoc est, licet homo deliquerit contra Deum & proximum; tamen fecit animo non satis deliberato, sed ex aliqua surreptione & fragilitate humana: vel quam  
uis

uis deliberatè, sed in re admodum parua: vt dicendo verbum vel mendaciũ iocosum, sine vllius offensione vel mala voluntate, vt furando pomum, aut acum, non intentione grauitè nocēdi proximo.

*Quæ peccata confitenda.*

Peccata ergo mortalia cum adimant homini charitatem & gratiam Dei, omnia necessariò cadunt sub confessionē:

Venialia autem quia tantum minuunt feruorem charitatis; ideo alijs operibus & actibus charitatis & religionis, præter confessionem possunt expiari. Sed quia nõ cuiuslibet est discernere ea esse venialia, & quia neglecta & frequentata, disponunt hominem ad mortale, cõsultius & securius est,

ea in

ea in confessione non omittit: quamvis ob eorum omissionem confessio possit esse valida, neque iteranda. Deinde peccatorum mortalium gravitas est attendenda ratione obiecti. Graviora enim sunt, quæ contra Deum immediate committuntur, ut blasphemia, infidelitas, periurium, & similia, quam quæ contra proximum. Deinde, contra proximum alia alijs graviora sunt, prout ordinem charitatis quæ alijs plus debemus, violant: vel proximos gravius offendunt. Sed hæc aliunde tanquam proluxiora sunt petenda. Circumstantiæ etiam aggravantes peccata, sunt examinandæ. Inter quas præcipuæ

*Peccato  
rū circū  
stantiæ.*

puæ & communiore sunt, ratione loci : si videlicet peccatum perpetratum est in loco sacro , publico , cum aliorum scandalo : ratione temporis : si tempore deuotioni consecrato. Item, Si cum persona quæ potest magis aggrauare peccatum. Item, si sæpius in idem

*Restituo quan- do neces- saria.* peccatum relapsus, &c. Hoc etiam in taxa peccatorum non standum. Quòd omnia peccata contra Deum immediatè commissa, fiunt contra charitatem tantùm. Sed contra proximum aliqua fiunt , non solùm contra charitatem ; sed etiam contra iustitiam. Et hæc ultra expiationem transgressionis præcepti diuini, per pœnitentiam factam , requirunt etiam

etiam restitutionem & compensationem illius iniuriæ, qua quis dānificatus est. Verbi gratia: inhonorare parentes, est tantum peccatum contra charitatem proximi: & sola pœnitentia vera poterit expiari. Sed furari, vltra charitatis violationem, est etiam cōtra iustitiam, ideo ad alias partes pœnitentiæ, etiam requirit restitutionem. Et sic de alijs, vt suo loco dicetur.

EXAMEN  
IVXTA ORDINEM  
DECALOGI.

*De primo præcepto*

PRIMUM præceptū exclu-  
dit



dit primò, omnem superstitionem : hoc est, ne cultum Deo proprium tribuamus alicui creaturæ, vel Deo quidē ipsi, sed modo aliquo indebito. De hoc igitur summarie hæc ferè præcipua erunt inquirenda. Primò, de infidelitate. An dubitat, vel aliquando dubitavit de aliquo articulo fidei: Quia secundum Augustinum, dubius in fide, infidelis est. Item, Vtrum sit Hæreticus, vel aliquando fuerit, & in quibus articulis habuit errorem. In quo debet instrui & per cautionem aliquam firmam certificari, ne postea remittitur: postea Ecclesiæ reconciliari & absolui, iuxta formulam in fine positam.

Item

Item, an aliquando habuit familiaritatem cum Hæreticis, maximè talibus, qui sunt obstinati & incorrigibiles in suo errore: vtrum legerit vel habuerit libros hæreticos, vel censura Concilij Tridentini prohibitos, vel hæreticorum contiones audiuerit. Declaretur etiam enormitas hæresis, ex eo præcipuè, quia abscindit hominem à corpore Christi & facit illum seruum Diaboli: ita vt nulla bona opera ipsi profint ad salutem, donec ad Ecclesiam redeat. Et si scienter sit obstinatus, esse peccatum contra Spiritum sanctum, difficulter præcæteris remissibile.

Secundò inquiratur de di- *Diuid-*

D 2 uina- *to.*

uinatione, id est, rerum futurarum, vel præsentium humano iudicio occultarum inquisitione, per aliquam rem, ex natura sua virtutem ad id non habentem: maximè in ijs rebus quæ dependent ex libero hominis arbitrio, vt sunt prædictiones de euentibus humanis futuris, fortunio, vel infortunio, rebus amissis, & similibus. Et generaliter huc pertinent somnia, visiones fictæ, & omnia illa quibus vulgus laborat, quando in actionibus suis, non ad Deum, sed ad dæmones & creaturas ad hoc vim naturalẽ non habentes recurrit. Cuius varia genera ad inquirendum & arguendum, prudenti confessario  
vel

vel ipsa experiētia suggeret. *Incantationes & maleficia.*  
 Item, quando quis benedictionibus contra morbos, vel alios casus utitur, in quibus sunt aliqui characteres, vel modi & numeri orationum determinati, vel verba aliqua superstitiosa, quæ verbo Dei, vel doctrina Ecclesiastica nō comprobentur.

Tertio loco sunt vanæ ob- *Vanæ ob-*  
 servationes. Quando quis in *servatio-*  
 suis actionibus ex libero arbitrio dependentibus, considerat res aliquas ad hoc impertinentes: vt dextro pede præire: leporem fortè fortuna obuium habere: & his similia.

Quanquam talia aliquando possunt esse venialia, quando videlicet consuetudine

quadam, nec satis deliberato animo peccandi fiunt.

*Deuotio  
& reli-  
gio.*

Secundò, hoc præcepto per affirmationem, requiritur debitus cultus Deo exhibendus, vt Deus super omnia diligatur & honeretur. Ideo quærendum an Deo debitum honorem impendat, & deuotionem erga illum habeat: quomodo hoc ostendat circa sacrificium Missæ, vbi talis cultus maximè exhiberi debet. Deinde, sacratissimæ Eucharistiæ an cultum debitum præstet, adorando in ea Christum Deum verum. Postremò, sanctis an honorem exhibeat, non quidem diuinum, sed Deum in illis honorando, & illos reuerēter inuocando.

De

## De secundo Præcepto.

SECUNDUM præceptum, prohibet violationem nominis diuini & sanctorum eius, & rerum quarumuis sanctarum, verbo quouis modo commissam. Item, Iuramentum *Iuramē*  
per nomen Dei vel creaturas: *tum.*  
excepto casu necessitatis, ex decreto Iudicis: idq; vera iurando, & cum reuerentia nominis diuini. Secundò, prohibet violationem votorum. *Votum.*  
Quorum quædam sunt solennia, id est, solenniter in manu superioris emissa, vt fit in votis monasticis post exactum annum probationis in monasterio. Et in talibus solus Papa aliquando dispensat, ex  
gravi

gravi aliqua causa, non quidem votum ipsum irritando, sed illius materiam illegitimam fuisse declarando. Alia sunt vota simplicia, quando secreto vel priuatim aliquid licitum Deo vouetur. Et hec possunt etiam ab Episcopo, & cui ille committit, dispensari, vel commutari ex iusta causa: exceptis votis castitatis, religionis, peregrinationis Hierosolimitanae, S. Petri & Pauli, & S. Iacobi, soli Papae reseruat. Quae tamen in concessionibus Iubilei plerumque conceduntur alijs Sacerdotibus relaxanda vel commutanda: exceptis votis perpetuae castitatis & religionis, quae etiam tunc excipi solent. Tertiò, prohibetur

turum laborem. Exceptis ijs, quæ pridie vel postridie festi confici non possint: vt præparatio ciborum sibi & iumentis, & alia, quibus neglectis damnum notabile eueniret. Debent autem vacare à labore, familia, subditi & iumenta: (excepta grauissima necessitate, vt dictum est) maximè quòd iumēta sine hominibus rarò laborare possunt. Merca- *Merac-* tus item qui sæpè fiunt, vix *tus.* possunt sine peccato in festis solennioribus, & Dominicis exerceri: secus est de annuis nundinis, quæ possunt celebrari; absoluta tamen priùs Missa.

Secundò, peccatur contra hoc præceptum omissione.

E 2 Primò



*Missæ  
auditio.*

Primò, quando quis adultus non audit missam diebus dominicis & festis, semper peccat mortaliter: excepta vera infirmitate, defectu vestium tempore frigido, iumentorū pastione quam relinquere nequit, & alijs similibus veris & non fictis impedimentis, ex necessitate, non de industria prouenientibus. Missa autem integra audienda est. In necessitate autem ardua, ad minus ab Epistola, vsq; ad finē vel à principio ad cōmunionem. Admonēdus autem est vt reuenter & deuotè se gerat in missa: habendo contritionem pro peccatis suis, & ea infra Sacrificiū Missæ dprecando: tum etiam vt præ  
ste

*Missæ  
auditio**Missæ  
auditio*

stet debitam reuerentiã Chri-  
 sto in hoc sacramento existi-  
 ti. Similiter vt attentè ac de-  
 uotè audiat contiones, & ali-<sup>Cōtiones</sup>  
 as doctrinas sacras, saltem ex  
 decentia, & ad euitandam  
 culpabilem ignorantiam re-  
 rum necessariarũ ad salutem.  
 Contio enim est quasi expli-  
 catio Euangelij, quod in Mis-  
 sa audit, vt illud intelligat, &  
 ad exequendum inflamme-  
 tur per verbum Dei. Ad hæc  
 tamen duo postrema non te-  
 netur ex necessitate præce-  
 pti, sed Christianæ deuotio-  
 nis. Est enim generalis Regu-<sup>Regula</sup>  
 la, quòd potest satisfieri præ-<sup>deimple</sup>  
 cepto, quamuis non semper tõe præ-  
 quis assequatur finem illius cepti.  
 præcepti. Ita hic: dum modò

Missam audiat, in reliquis que dicta sunt non est stringenda conscientia. Si autem videbitur esse rudior, examinetur in articulis fidei, siue Symbolo, Decalogo, & oratione Dominica: tum quomodo intelligat & dignoscat personas S. Trinitatis, Eucharistiam. Sanctis qualem honorem exhibeat, videlicet non diuinum; sed honorandos & inuocandos vt amicos Dei: non tam ipsas imagines, quam in eis prototypa earum honorando. Item ex decentia, deberent dies festi consumi in laudibus diuinis, & operibus charitatis erga proximum, videlicet operibus misericordiae corporalibus vel spiritualibus, in quibus ex

*Examē  
fidei.*

*Opera  
miseri-  
cordiae.*

bus examinandi, & instruendi sunt pœnitentes, prout alicui data est gratia à Deo iuvandi proximum: maximè Eleemosyna in extrema necessitate proximi. Dicit enim B. Ambrosius: Si nō pavisti cum potuisti, occidisti &c. & sic de alijs. Deniq; peccata quæ fiunt diebus festis, graviora sunt quàm alijs diebus; quia contra tales dictum est: Qui *Exo:31.* polluerit Sabbatum, morte moriatur. Ideo seueriùs taxanda sunt. Maximè autem peccata Luxurię & Gule, quę in istis regionibus adeò inuaserunt, vt vulgo pro peccatis non reputentur. Ac de Luxuria quidem in sexto Præcepto dicitur, De Gula autem, *Peccata Gula.*

hæc carptim excipe. Gula est appetitus inordinatus cibi, & potus. Appetitus enim ordinatus cibi & potus, ad naturæ sustentationem, non est peccatum, sed virtus Temperantiæ. Hæc autem deordinatio appetitus in Gula, quinque potissimum modis contingit. Primò in cibi vel potus substantia. Quando res nimis pretiosæ ad victum assumuntur, absque rationabili status, valetudinis, & similium indigentia. Secundò in quantitate: quando plus assumitur quam refectio naturalis corporis exigit. Tertiò in qualitate: quando cibi nimis delicati & exquisiti præparantur. Quartò in delectatione: quando saporibus  
adec

adeò indulgetur, vt nihil magis præter talem delectationē intendatur. Quintò, Ratione temporis: quando hora refectio- nis, præsertim in ieiunijs præceptis, temerè anticipatur.

Hi autem omnes, vel singuli modi, in his duntaxat sex casibus constituunt peccatū mortale. Primus. Quando finis vltimus constituitur in tali actu

*Gula*  
quando  
peccatū  
mortale.

Gulæ: iuxta illud Apostoli: Quorum Deus venter est: Et illud Sap: 2. Vino pretioso & vnguentis impleamus nos: hæc est enim pars nostra. Id est, quando homo adeò laxat appetitum cibi & potus, vt propterea sit paratus transgredi præceptum Dei vel Ecclesię. Secundus, quando illa

*Philip: 3.*

gula est coniuncta cum negli-  
gentia & omissione illius, ad  
quod quis ex precepto tene-  
tur: vt ad persoluenda debita,  
horas Canonicas & officia di-  
uina, largitionem eleemosynæ,  
presertim in extrema necessi-  
tate proximi, curam rei dome-  
sticæ, liberorum, & his similia.  
Tertius, Quando ex gula se-  
quitur notabile detrimentum  
corporis, vt infirmitas, rixæ,  
vulnera &c. Ita tamen si hoc  
euidenter preuidet vel proba-  
biliter: Si enim secus, vel si de-  
trimentum non esset notabile:  
tunc esset veniale peccatum.  
Quartus, propter graue & a-  
ctiuum scandalum proximo-  
rum, quod inde sequitur, vt  
verbi gratia: Si quis occultam  
habens

habens infirmitatem, publicè  
vesceretur carnibus in Qua-  
dragesima. Agit enim contra  
Regulam Apostoli dicentis: I. Cor: 8.  
Si esca scandalizat fratrem  
meum, non manducabo car-  
nes in æternum: & sic de alijs.  
Quintus, Si quis vteretur ci-  
bo vel potu contra naturam,  
vt carnibus humanis, vel alijs  
cibis similibus, quos humana  
abhorret cōsuetudo; excepta  
rationabili causa valetudinis  
vel maximæ necessitatis: dum  
modò homo propterea non  
occidatur. Sextus casus: quā-  
do ex tali gula timeretur peri-  
culum alicuius peccati morta-  
lis: verbi gratia, si aliquis ex-  
perientia sciret abundantiam  
alicuius cibi, tentationem car-  
nis il-



nis illicitam sibi generare, vel pollutionem: maximè si propterea cibo illo vti intendere-

*Ebrietas* ret. His regulis etiam ebrietas esset metienda. Nisi quòd supra excessum in cibo, inducit etiam mentis alienationem.

*Basil: hō* Ideo q̄; hoc vitium antiqui S.

14.

*Chryso:* Patres meritò voluntariam in saniam, blandum Demonem, & omnium vitiorū fomitem vocauerunt. Et secundum D.

*hō: 1. ad populū*

*Antioch* Augustinum: Qui ebrietatem habet; seipsum non habet: quā qui facit, peccatum non facit; sed ipse totus est peccatum. Ratio huius est, quia seipsum priuat nobilissima potentia animæ, hoc est, ratione: & cōstituit se in peccādi periculo. Ideò quando fit voluntariè  
semper,

semper est peccatum mortale  
 grauissimum: excepto eo si  
 fieret necessitate valetudinis  
 ex rationabili consilio medi-  
 corum; tunc enim esset venia-  
 le. Si autem quis ignoraret na-  
 turam potentem potus, vel  
 probabiliter putaret, naturalē  
 suam necessitatem posse illam  
 vim potus superare; tunc ine-  
 briari etiam esset veniale, vel  
 nullum peccatum: & sic credi-  
 tur Noë, & Loth secunda vi- *Gen. 9.*  
 ce, fuisse inebriatos: quod a- *et 19.*  
 pud nos vix contingit.

Ideo si hoc pacto factus  
 quis ebrius cōmittit aliquem  
 actum illicitum, non compu-  
 tatur illi in peccatum, vel sal-  
 tem fit veniale. Sed si sua cul-  
 pa inebriatus est, peccatum se-  
 quens

quens illam ebrietatem non excusat eum à toto sed à tanto, quantum videlicet fuit voluntariū in sua causa. Ideo talis habet culpam & ebrietatis, & ex parte consequentis pec-

*Arist: 3.* cati. Et sic intelligitur illud Phi-

*Etic. ca. 5* losophi: Ebrium mereri duplicem maledictionem. Attendant igitur Confessarij, ne sint in absoluendo hoc peccato plus iusto remissi. Terreant

*Ser: 232.* verò eos verba Augustini sic  
*de Tem.* dicentis: Ideo tanta infelicitate se inebriāt homines, quia putant ebrietatem aut parvū aut nullum peccatū esse. Sed pro ista ignorantia maxime sacerdotes in die iudicij reddaturi sunt rationem, si cōmissis sibi populis, quæ vel quan-  
tam a-

ginta dies. Nullus Christianus alium Christianum plus bibere cogat, quam naturæ sufficiat. Quod si fecerit, iuxta id quod in pœnitentiâ habetur, pœniteat. Et eiusdem libri capite decimotertio ex pœnitentiâ Romano. Qui per ebrietatem vomitum facit, si presbyter aut Diaconus est, quadraginta dies pœniteat: Si monachus, triginta dies pœniteat: si clericus, viginti dies: si Laicus quindecim dies. Item capite decimoquarto ex pœnitentiâ Bedæ: Laicus si per ebrietatem vomitum facit, tres dies à carne & vino, & cereuisia abstineat. Rursum capite decimoquinto ex eodem: Si quis per nequitiam

F alium

alium inebriat, quadraginta dies pœniteat. Quod si in cōsuetudine habuerit, communionē priuetur; donec dignè pœniteat, & emendationem promittat. Eadem reperies apud Iuonem Episcopum Carnotensem, parte 13. decretorū à capite 66. Peccāt etiam Magistratus, qui talia quando possunt, non cohibent. Tabernatores autem, & talium commessationum authores & administri, quamuis eiusmodi officia vt in se sunt, licitè exerceant; tamen quando varijs fomentis & illecebris homines ad compotandum, & alios luxus alliciunt, non sunt à peccato immunes: quia communicant & quodammodo  
sunt

sunt causa peccatorum, quæ tales computationes consequuntur. Itaque monendi sunt tales, ut securius aliunde victum quam hinc acquirant. Difficile est enim (inquit Sapiens) cauponem iustificari à peccatis labiorum. Si autem aliunde viuere non possunt, caueant ne sint alij luxus & peccatorum causa. Eccl: 26

### *De quarto præcepto.*

**Q**uarto præcepto requiritur honor parentum; per quos intelliguntur omnes superiores, tam spirituales quàm res. *Superiores* seculares. His omnibus autem debetur honor, reuerentia, & obedientia.

Parentibus autem carnali-

F 2 bus

*Parenti  
bus quæ  
debentur.*

*Liberis  
quæ de-  
bentur.*

*Tim:2.*

bus præter hæc, debetur à filiis temporale subsidium & victus necessaria, si quis potest ea præstare & illi indigēt. Parentes vicissim debent liberis iustam prouisionem, donec ipsi sibi victum prouidere possint. Secundò, bonam educationem: quia de omnibus illorū factis dabunt Deo rationem, quàm diu illos sub sua potestate habere possunt. Tertiò instructionem in fide catholica, & pietate. Ait enim

Apostolus: quòd salua erit mulier per generationem filiorū, si manserint in fide &c. Ergo si illos non erudierit, damnabitur. Idem de patre intelligas. Quartò, correctionem dum opus est. Qui enim

(ait

Sicut Sapiens ) parcit virgæ, o- Prou: 13.  
dit filium suum.

Item serui dominis debent.  
Primò obedientiam in licitis *Serui seu*  
& honestis. Secundò fidelita *famuli.*  
tem, tam in conseruatione fa-  
næ, quàm bonorum sibi cre-  
ditorum. Alioqui si in his do-  
minos defraudarunt, tenen-  
tur ad restitutionem. Tertio  
reuerentiam, & honorem: pa-  
cienter ferendo correctiones  
iustas.

Domini vicissim seruis de- *Domini.*  
bent. Primò prouisionem in  
necessarijs victus, sicut huma-  
na vita & sanitas exigit. Se-  
cundò debent illis correctio-  
nem, in pietate erga Deum,  
bonis moribus, & pacifico in-  
ter sodales conuictu. Quia se-



*Epist: ad  
Bonifaci  
um Comi  
tem.*

cundum Augustinum: Quilibet paterfamilias reddet Deo rationem pro familia, & domo sua. In correctione autem teneant mediocritatem, ne nimis indulgeant, vel seueritatem exerceant: quia si percuterent ex odio crudeliter, esset peccatum mortale. Satius autem contumax & incorrigibilis ex domo eijciendus, quam crudeliter tractandus. Tertio, debent illis mercedis integritatem, in illa nullo modo eos defraudando, vel extrahendo. Hoc enim peccatum teste S. Iacobo clamat in celum vindictam.

*Iacobi 5.*

Pastores, quid teneantur suis ouibus spiritualibus, ipsi debent nosse.

Oues

Oves autem tenentur illis omnia, vt parentibus carnalibus : sed tantò diligentius, quantò anima corpori præstat, quam illi pascunt. Ideo grauius peccant, retinentes debitam prouisionem proprii pastoris, quàm qui parentes alimonia defraudant : cæteris paribus, videlicet quando non est extrema necessitas parentum. Reuerentiam debent illis etiam maximam tanquam ministris Christi & dispensatoribus mysteriorum Dei.

*Pastoris  
bus oue-  
quid de-  
beant.*

Porro Magistratibus secularibus debentur etiam omnia prædicta, & census, iuxta legum præscriptum: Quia secundum Apostolum hæc est

*Magi-  
stratus  
secularis  
Rom: 13.*

volun

voluntas Dei. Illi autem debent esse fideles in officijs suis, quia dabunt Deo rationē, de omnibus quos sibi habent subiectos. Diligenter itaque perpendatur id quod de eorum officio initio dictum est: Et quod dicitur Sapientiæ sexto: Iudicium durissimum his, qui præsumunt fieri: & potentes potenter tormenta patientur: Et Psal: 81. dicitur illis. Ego dixi Dii estis, &c. vos autē sicut vnus de principibus, id est, dæmonibus, cadetis. Caueant ergo ne quouis modo iudicium iustum peruertant, vel negligent. Primò amore & fauore erga sibi charos. Secundò, odio contra suos inimicos. Tertiò, timore  
erga

erga potentiores, à quibus vindictam sibi metuunt. Quarto spe alicuius retributionis vel munerum vel cuiuscunq. commodi temporalis. Deus enim qui corda nouit talia grauisimè punit. Viduas autè, pupillos & pauperes, debent præ alijs iuuare; & si hoc omittant, quando possunt & debent hoc præstare ex officio suo, peccant mortaliter. Si autem damnant aliquem ad mortem quamuis iuxta leges, sed adiuncto odio priuatae vindictæ, sunt homicidæ mentales, de quibus postea. Postremò domini erga subditos id tenentur, quod domini erga seruos. Hoc addito, ne illos seruitute paganica & labori

*Subditi  
quomo-  
do tra-  
ctandi.*

boribus iniustis, & censibus præter leges vel consuetudinem probatam opprimant;

*Iacob. 2.* quia teste S. Iacobo, Deus pauperes delegit in hoc mundo gloriæ suæ hæredes: Et quidquid illis fiat, sibi factum esse reputat. Ideo iniurias quascunq; illorum seuerè vindicabit: clamor enim eorum

*Eccl. 35.*

nubes penetrat ad vindictã. In his autem omnibus respiciendum est, si peccatum non est contrà iustitiam: semper enim requiritur restitutio, & nisi illam faciat vel facere sit paratus, absolui non debet: vt postea dicetur.

### *De V. præcepto.*

**Q**Vintum præceptum prohibet

hibet cædem, mutilationem, *Mutilati*  
 & quamcunq; læsionem in *onēet ho*  
 corpore violentam: præter *micidiū.*  
 quam à Magistratu in plectē-  
 dis reis, vel à priuatis in de-  
 fensione ab inuasore legiti-  
 mē factam. Homicidium au-  
 tem voluntarium ordinariē  
 pertinet ad absolutionem E-  
 piscopi, & pœnitentiam pu-  
 blicam. Cæterum de foeminis *Aborto*  
 abortum passis, sciendum est.  
 Si causa illa abortus erat a-  
 ctus in suo genere licitus, &  
 non periculofus, ex quo non  
 sperabatur talis casus: vt am-  
 bulatio, vectio lenta in curru,  
 labores moderati, qui præ-  
 gnātibus foeminis in usu esse  
 solent: ex his & similibus cau-  
 sis, dum abortus accidit, nul-

luit prorsus est peccatū, quia  
 nō voluntariē hoc contingit.  
 Tamen ad correctionem vel  
 cautionem in posterum, dan-  
 da esset talibus fœminis ali-  
 qua moderata pœnitentiā.  
 Sed si abortus contigit exer-  
 cendo actum ad hoc periculo-  
 sum & inconsuetum, vel quā-  
 uis licitum & securū, sed mo-  
 do indebito & violento: &  
 generaliter quando cunq; ap-  
 paret, quòd fecit voluntariē,  
 vel negligentia notabili & in-  
 iusta; tunc est verum homici-  
 dium: ad Episcopum remit-  
 tendum, si quis non habet ab-  
 soluendi delegatam faculta-  
 tem, quæ generaliter cōcedi-  
 tur in Iubileo. Sed aduerten-  
 dum est, quòd abortus qui  
 conti-

contigit post quadragesimū  
 diem in masculo, octogesimū  
 autem in femella, à cōceptio-  
 ne, vel circiter, à quo tempo-  
 re communiter censetur fœ-  
 tus in vtero esse animatus,  
 pro vero homicidio reputa-  
 tur. Secus autem est, si fœtus  
 nondum erat animatus; tunc  
 enim simplex Sacerdos po-  
 test absoluerē, non vt homici-  
 diū; sed vt peccatum graue  
 impeditæ vel retardatæ pro-  
 lis. Idem iudiciū ferendum  
 est de homicidio, & similibus  
 peccatis casualibus, si verè  
 essent casualia, examinando  
 factum; vt suprā dictum est:  
 & in fine proluxiūs dicetur,  
 tractatu de irregularitate. Ho *Homici*  
 micidium mentale dicitur, o- *diū men*



inne odium proximi, & mala voluntas, cupiens illi mortem vel læsionem aliquam in corpore vel fama. Et in foro interiori talis animus reputatur pro culpa, & peccato homicidij actualis; minori tamen quàm ipsum reale homicidium: & quia talis non tenetur ad restitutionem & compensationem damnorum, ex cæde aliqua prouenientium, sicut ille qui realiter occidit, vel percussit alium; nec etiam requirit absolutionem Episcopi, cum sit mentale & non reale homicidium. Huc pertinent omnes contentiones, rixæ, iræ, inuidiæ, emulationes, detractiones, & quæuis male erga proximum cordis affectiones:

ctiones, quas ex corde quilibet dimittere debet, videlicet, rancorem omnem cordis, & illius signa, vt ei ostendat se esse amicum, ita vt prius faciebat, vel alijs exhibere consuevit. Actionem autem in iudicio pro sua iniuria dimittere non tenetur, nisi ipse velit ex charitatis perfectione, ad quod stimulandus est. Quod si id facere nolit, aut non possit, monendus erit, ne in accusando aliquem de iniuria, occultum rancorem retineat. Si autem aliquis quaerit reconciliationem, offerens vltro satisfactionem, aduersarius autem non vult illam acceptare; tunc ille habens paratum animum satisfaciendi, potest absolui

*Recöciliatio qua  
lis neces  
saria.*

& communicari, manente illo proposito reconciliationis & satisfactionis, quantum ex se est etiam in posterum quaerendæ. Si autem è contrà nolit omninò reconciliari; tunc non absoluitur: quia apparet

*Homicidium per pharmaca.* non esse contritus. Huc referri possunt medici, chyrurgi, & alij similes, qui si non sciunt artem, nec sunt ad hoc approbati, & in eorum cura ægroti moriuntur: Similiter illi qui veneno, vel quouis modo occulto aliorum mortis sunt causa. Milites etiam & famuli, si in bello iniusto (vt passim apud nos fit) quenquam inuadunt & occidunt. Omnes enim prædicti sunt reales homicidæ. Si autem licita de causa oc-

sa oc-

sa occidunt, sed hoc faciunt ex priuatæ vindictæ affectu, vt iudices, carnifices, milites. &c. sunt mentales tantùm homicidæ; nec tunc ad Episcopum remittendi:

### *De VI. præcepto.*

Sexto præcepto prohibetur omnis commixtio carnalis illicita, hoc est præter matrimonium legitimũ facta. Cuius hæ præcipuæ sunt species & gradus. Primò, fornicatio, *Fornicatio.* nimirum soluti cum soluta, id est, quorum neuter castitatis vel matrimonij voto est obstrictus. Quæ tamen est grauissimum peccatum, quia expellit ab homine Spiritũ sanctum, vt dicitur 1. Cor; 6. Se-

*Defloratio.*

cundo loco est defloratio virginis. Quæ licet puella volente & consentiente accidit; tenetur tamen deflorator ad pœnitentiam grauem: quia tantum bonum illi abstulit. Quòd si propter hoc esset infamata, eam infamationem tenetur insuper deflorator pro posse auferre & corrigere. Tertium est raptus, quando fit defloratio violenta: & tunc præter pœnitentiam, tenetur illam ducere, vel pro conditione eius dotare. Cum rapta autem, non potest raptor contrahere matrimonium, nisi prius liberam dimittat, vt liberè consentiat: si secus fecit, non est verum matrimoniū. Quartum genus grauius prædictis est

*Raptus.*

est adulterium, grauiter affici-  
ens Deum propter Sacramen-  
ti contumeliam, & proximū  
ob prolis impedimentum, &  
in hæreditate verorum suc-  
cessorum defraudationem, &  
alia plura inde sequentia in-  
commoda. Ideo mulieres li-  
beros ex adulterio susceptos,  
debent quibusuīs modis oc-  
cultè adducere ad religionis  
ingressum, vel talem vitæ sta-  
tum, aut specialem ex bonis  
proprijs ( si ea habent) prouī-  
sionem, vt veris hæredibus  
bona integra remaneant. A-  
dulterium autem quod fit in-  
ter vtramq; personam coniu-  
gatā, grauius est, quàm quod  
inter coniugatam & solutam;  
Et adhuc grauius, si aliquo  
modo

*Adulte-  
rium.*

modo impeditur proles: quod etiam in alijs carnalibus peccatis quærendum est, propter abortus seu homicidij periculum, de quo iam dictum est. Imò coniuges peccant saltem venialiter, si actum cōiugalem tantum propter delectationem exercent: mortaliter autem, si id fiat scienter cum impedimento prolis. Itē, si mutuò sibi non reddunt debitum coniugale: quod nunquam negandum est cum peccantis præiudicio, vel periculo qualicumq; imminente. Seruent tamen continentiam, iuxta doctrinam Apostoli, ex mutuo consensu ad tempus propter deuotionem meliùs obeundam; maximè verò ante fa-

1. Cor. 7.

te sacram communionem, aliquot diebus, vel saltem nocte immediatè præcedenti & sequenti: grauißima semper tētatione excepta, quod cautè erit inquirendum. Similiter si tempore menstrui actum coniugalem exercuit, quod in detrimentum prolis verge-  
re solet. In summa si actum coniugalem exercuerunt mala intentione, non autem propter bonum prolis, peccati euitandi, & redditionis debiti coniugalis. Rustici præsertim vagi examinētur diligenter, si non habent duas vxores, quod illis est vsitatum: & moneantur priorem (si modò cum illa legitimè cōtraxerat) esse vxorem, posteriorē concubi-



81 *Audiend: Confess:*

cubinam, & adulteram: nec  
absoluantur nisi dimittant po-  
steriorem, vel iuramento aut  
*Incestus.* firma cautione se ad hoc ob-  
stringant. Quinta species est  
Incestus, adulterio grauior,  
videlicet quando quis carna-  
liter vtitur persona, sanguine  
vel affinitate carnali sibi con-  
iuncta, vsq. ad quartum gra-  
*Cognatio* dum inclusiuè. Item, cogna-  
*carnalis* tione spiritali, quæ est inter  
*& spiri-* Paternos Baptismi & confir-  
*tualis.* mationis, videlicet inter ba-  
ptizantem & baptizatum e-  
iusq; parentes, & patrinũ vel  
paternos ad summũ duos &  
ipsum baptizatum, eiusq; pa-  
rentes. Ad vteriores autem  
gradus ex decreto Concilij  
Tridentini non extenditur.  
Idem

Idem in Sacramento Confir-  
mationis suo modo intelligas.

Sexta species superioribus *Sacrile-  
giū car-  
nale.*  
gravior est Sacrilegiū, id est,  
quando exercetur actus car-

nalis, à persona, vel cum per-  
sona, quæ Deo vouit castita-  
tem, vt sunt Monachi & Mo-  
nachæ, Sacerdotes, quorum  
tribus maioribus ordinibus  
votum perpetuæ castitatis  
est annexum. Magis autem  
peccatur, quando vtraq. per-  
sona est voto obstricta. Gra-  
uissimum est autem peccatū,  
quia in eo ipsius Christi spōsi  
immaculati thorus nefariè vio-  
latur. Septima species est om-  
nium nefandissima, peccatū *Peccatū  
contra  
naturā.*  
contra naturam, vel Sodomī-  
ticum: videlicet effusio semi-  
nis

nis per propriam molliciem,  
 pollutionem voluntariã, vel  
 ex causa peccati mortalis pro  
 uenientem, & quocunq. alio  
 modo extra vas muliebre. In  
 quo examinando diligens &  
 cautus sit Sacerdos: Quia nõ  
 rara est apud homines carna-  
 les, seminis extrã vas mulie-  
 bre effusio, & tamen tantum  
 scelus igni etiam cœlesti in  
 Sodomitis vindicatum, ple-  
 rumq. non reputatur pro pec-  
 cato: sed modestè talia inqui-  
 rat propter scandalum. Ex his  
 quæ dicta sunt, colligitur hîc  
 etiam præceptum affirmatiuũ  
 seruandæ castitatis, quæ tri-  
 pl ex est: virginalis, vidualis,  
 & coniugalis. Quæ nõ solum  
 in corporis, sed etiam mentis

*Gen: 19.*

*Castita-  
tis præce-  
ptum.*

in corruptione consistit: dicē  
te Christo: Beati mundo cor-  
de. Et ibidem docet, quòd *Matt:5.*  
cōcupiscens mulierem per o-  
culos in corde mœchus fit, id  
est, mentalis adulter. Ideo ubi  
adeſt talis cogitatio peccati,  
quod paratus esset facere si  
potuisset, est peccatum mor-  
tale, quamvis sit minus, quam  
quod opere consummatū est.  
Ideò seruanda est Regula S.  
Gregorij. Non licet aspicere,  
quod non licet concupiscere.  
Huc pertinent omnia irrita-  
menta libidinis, præsertim ve-  
ro gulæ in cibo & potu, plus  
illis vtendo, quam natura pau-  
cis contenta postulat: maxi-  
mè verò ebrietas vt dictū est  
in tertio præcepto. Hic erit ex

H

aminan-

*Ieiunia.*

aminanda obseruatio ieiuniorum, secundum ea quæ ad vera ieiunia requiruntur. Pueris autem, senibus, prægnatibus, vel lactantibus, grauius laborantibus, viatoribus pedestribus, vel quando non possunt simul ieiunare & iter facere, & mendicis, in hoc indulgendum est. Prohibentur etiam hoc præcepto quædam alia, quæ libidinem excitant: vt conuersationes cum mulieribus inhonestæ: colloquia turpia, tactus lasciuui, oscula, choreæ, canticenæ turpes vel lasciuæ, auditæ vel decantatæ, munuscula amoris, ornatus superflui ad luxum, non ad status decenciam, cum aliorum offendiculo, & similia. Quæ omnia & singula

*Luxuria  
incētua*

singula quando ad libidinem directa sunt, peccata mortalia sunt. Hæc tamen in personis coniugatis sunt ferenda: maximè si principaliter diriguntur ad finem actus coniugalis: nec multùm in his sunt examinandi. Huc etiam referas nefarias mulieres, prostitutionem innocentium virginum, fraude plus quàm serpentina procurantes. Quæ ad seueram pœnitentiã, & restitutionem violatæ pudicitia, & famæ, suo modo erunt astringendæ.

### *De VII. Præcepto.*

SEPTIMO præcepto sub nomine furti, prohibetur omnis illicita rei alienæ contractatio & vsurpatio. Quod fit

*Furtum.*

sex modis: Primo per furtum, id est, rei cuiusvis alienæ occultam acceptionem, usurpationem, vel possessionem, inuito domino. Committitur autem etiam in parvis rebus, ut in pomis &c. quamvis talia homines incauti non reputant pro peccato. Potest tamē furtum esse veniale peccatum, quando committeretur in re admodum vilis, ut poma, acu, vel aliquo simili, sine notabili damno alterius. Item, si quis furaretur in extrema necessitate aliquid pro victu, cum aliter non potuit acquirere, & vitæ periculum sibi vel suis imminēbat; tunc enim, ne venialiter quidē peccavit: quia in tali casu ex lege naturæ sunt

sunt omnia cōmunia. Secunda species est rapina, hoc est *Rapina.* alieni violenta acceptio. Huc pertinent illi qui res inuentas *Res in-* dominis non restitunt. Quæ *uenta.* duo peccata, sunt furto grauiora. Ideo de posteriori nota sequentes Regulas. Prima, Inuenta, quæ nunquam habuerunt dominum: vel cuius non extat memoria: vel qui non curat de eis, sunt inuentoris. Secunda: Si habuerunt, vel habent dominum, restituenda sunt domino rei. Tertia. Si facta diligenti inquisitione nō inuenitur dominus, possunt dari pauperibus, vel retineri ab inuentore, ipso existente paupere, de licentia confessoris. Quarta, Thesaurus cuius

H 3      domi-



*De the-  
sauro in  
uento.*

dominus nescitur, si inuenitur  
in proprio fundo, totus est in  
uentoris. Si inuenitur casu in  
alieno fundo, medietas erit  
domini illius fundi, altera in-  
uentoris. Quinta. Si studiosè  
quærendo inuenitur, cum li-  
centia domini donantis, quia  
non vult ipse quærere, totus  
est inuentoris, si autem quæ-  
rit contrà vel præter volunta-  
tē domini, totus erit domini.  
Sexta. Si sciendo thesaurum  
esse in fundo emitur fundus,  
videtur totus thesaurus esse  
ementis Septima, Consuetu-  
do autem, qua thesauri inuen-  
ti Principibus reseruantur, nō  
obligat in conscientia, secun-  
dum quosdam Doctores. Si  
tamen alicubi lex aut consue-  
tudo

tudo rationi cōsona aliter prę-  
 scriberet, eius ratio esset ha-  
 benda. Tertia species, est Pe- *Pecula-*  
 culatus, id est, publicorum bo- *tus.*  
 norum pro se qualiscunq. v-  
 surpatio, aperta vel occulta,  
 & quouis colore palliata in  
 damnum Reipu. Quarta spe- *Sacrile-*  
 cies Sacrilegium, quod est *gium.*  
 triplex. Primò, quando res sa-  
 cra aufertur de loco sacro, vt  
 de Ecclesia. Secundò, quan-  
 do res non sacra aufertur, sed  
 de loco sacro, vt depositum,  
 vel aliqua suppellex, cera &  
 quæcunq. alia res notabilis  
 ex templis. Tertiò, quando  
 ex loco non sacro, sed res sa-  
 cra aufertur, vt vasa sacra ex  
 domibus ac depositorijs pro-  
 phanis. Quod peccatum est  
 grauif-

grauissimum, vtpotè domum  
 ipsius Dei spolians. Tales sunt  
 etiam qui reditus Ecclesiasti-  
 cos pro se vsurpant, & iniuste  
 per se vel per alios detinent,  
 raptoribus & furibus peiores:  
 nec absoluendi donec red-  
 dant, vel fideiussione firma,  
 (si opus sit) vel iuramēto sub  
 conscientia ad restituendum  
 sese obligent. Quinta species  
*Simonia.* est Simonia. Quæ est studiosa  
 voluntas emendi aut venden-  
 di rem spiritualem, vel spiritu-  
 ali annexam. Vnde sequitur,  
 quòd necessariò debet habe-  
 re istas duas conditiones. Pri-  
 ma est, vt in ea intercedat res  
 spiritualis, hoc est, ex diuina  
 gratia ordinata hōini ad vitā  
 æternam, siue in sua causa, vt  
 sunt

sunt dona spiritus sancti, sacramenta, & quæcunq. eiusmodi spirituales functiones: siue per annexionem, vt sunt beneficia Ecclesiastica, vasa sacra, & similia. Secunda conditio est, vt pro aliqua tali re spirituali intercedat, pretium cuiuscunq; rei vel actionis, quæ modo pecunia æstimari possit. Si enim daretur pro re spirituali, non vt pretium, sed vt donum, vel eleemosyna, vel signum gratitudinis: non esset Simonia. Et hæc Simonia est triplex: Prima, Mentalis, quando datur quidem pretium pro re sacra: sed non exprimitur, quòd detur pro tali re; sed tantùm manet in intentione. Et potest esse, vel ex

I parte

parte dantis, vel ex parte accipientis, vel ex parte vtriusque simul. Secunda est conuentionalis: quando solum pactum intercessit, sed nihil datum est: vel alter dedit rem sacram, sed alter nondum soluit pretium: vel è conuerso: alter dedit pretium, sed alter nondum rem præstitit. Simonia autem realis est, quando omnia prædicta tam ex parte vendentis quam ementis, sunt perfecta & re ipsa consummata. Simonia ergo mentalis, non obligat ad restitutionem, nec ullam pœnam inducit, nisi peccatum in conscientia. Conuentionalis similiter: nisi quòd is qui accepit pretium, vel beneficium, tenetur ei reddere  
à quo

à quo accepit. Realis Simonia inducit excommunicationem Papalem, ipso iure quidem, si fiat in beneficio: & ultra excommunicationem, inducit etiam ipso iure suspensionem, si fiat in ordine. Præterea ipso iure talis priuatur illo beneficio, & pecuniam sic datam perdit, in usum Ecclesiæ, in cuius iniuriam data est, applicandam. Sexta species est Usura, quæ committitur, *Usura* quoties pro mutuatiōe rei vsu consumptibilis, aliquid ultra fortē repetitur, quod pecunia æstimari possit. Nam accipere aliquid pro vsu rei, cuius dominium remanet penes commodato dantem, vt vestis, domus, qui &c. non est

vsura: Quia ibi non transit dominium in vtentem. Et ideo si domus conflagret, eius qui locauit esset damnum, non eius cui locatum est. Et propterea talis licitè potest fructus ex proprio repetere. Secus est de pecunia, frumento, & similibus rebus, quæ vsu consumuntur: quia ibi transit dominium in mutuantem; vt non hæc eadem numero; sed alia æquiualentia reddere teneatur. Et à talibus quidquid ultra sortem sumitur, est vsura, siue sit pecunia, siue aliquid quod pecunia æstimari potest; vt est obligatio, vt in suo molendino molat, vel apud se emat merces vel alia necessaria, quamuis consueto pre-

to pretio, & quæcunq; alia vtilitas, & commodum pecunia æstimabile. Omnis autem vsura quamuis palliata & occulta, debet restitui. Illi autem qui hoc ignorabant, & si sciuisent tale esse peccatum, nūquam accepissent vsuram; sufficit vt habeant animum paratum restituendi, & nacta occasione hunc animum suum, illis à quibus acceperunt declarent, offerendo se paratos ad restituendum. Qui si nolent illis hoc dimittere; tūc restituent quando & quomodo poterint, sine graui status sui iactura, volūtatem ad hoc semper paratam gerendo. *No Casus di*  
*tandi tamen sunt quidam præ luentes*  
*cipui casus, in quibus licet ob vsuram.*



*Lucrum  
cessans.*

mutuum aliquid vltra sortem  
absq. labe vsuræ accipere. Pri-  
mus est, lucrum cessans. Quã-  
do aliquis ea pecunia, quam  
alteri mutuauit, vti ad lucrum  
ipse intendebat, ita vt certò  
habuisset, vel probabiliter ex  
boni viri arbitrio, habere po-  
tuisset sua industria aliquod  
lucrum, quo per talem mutua-  
tionem frustratus est: & hoc  
vltra sortem accipere non est  
vsura: præsertim si de hoc ac-  
cipientem in mutuum ante  
præmonuerat, & ille ad com-  
pensandum tale lucrum con-  
sensit. Secundus casus est,  
damnum emergens. Quando  
quis patitur aliquod damnũ  
vel graue detrimentum pecu-  
nia æstimabile, cui prospicere  
certò

*Damnũ  
emergens*

certò potuisset, si pecuniam,  
 quam mutuauit, alteri paratā,  
 sicut volebat, habuisset. Ita ta-  
 men ne in hoc (sicut in reli-  
 quis talibus) vlla fraus vel col-  
 lusio adhibeatur. Tertius ca-  
 sus. Maritus quando non acci-  
 pit cum vxore dotem ad cer-  
 tum tempus obligatam, culpa *Dos ma-*  
 corū qui eam dare debebant, *rito ex-*  
 poterit vltra sortem repetere *tracta.*  
 ab eis, id quòd eam ob rem in  
 prouidenda vxore, vel statu  
 suo detrimenti accepit. Quar-  
 tus. Pupilli vel minorenes, *Lucra*  
 possunt etiam de pecunijs *pupillo-*  
 per tutores suos mutuò alicui *rum.*  
 datis, aliquid vltra sortem re-  
 petere; quando quidem tuto-  
 res pecunijs illorum teneban-  
 tur illis lucrari; nec curent pu-  
 pilli

pilli utrū illis tale lucrum ipsi tutores essent facturi, necne.

*Pœna*

*seu vadia*

*tardata*

*solutiōis.*

Quintus. Licet etiam vltra fortem ex mutuo data pecunia accipere pœnas pecuniarias (nostri vadia nominant) vltro per accipientem in mutuum obligatas, si illas, non reddendo debitum ad tempus obligatum incurrit: ita tamen vt sint proportionatæ capitali summæ (alioqui enim à iudicio debent moderari) & vt verè absq. vlla fraude, propter eam moram non solutionis, illud lucrum cessans vel damnum emergens, mutuans perpeffus fuerit. Si hoc desit, quamuis legitimè talia lucretur; in foro tamen conscientie, absolui ab hoc sine restitutione non

ne non potest. Sextus. Titulo *Emptio*  
 Emphiteosis, vel census pro *census.*  
 vsu aliquo pio, perpetuò vel  
 in vim redemptionis empti, li-  
 cet etiam iuxta morem regio-  
 nis ultra sortem aliquid acci-  
 pere: modò natura & condi-  
 tiones essentialis talium con-  
 tractuum ex iudicio iurisperi-  
 torum integrè conseruentur.

Reliqui modia accipiendi ob  
 mutū ultra sortem apud nos  
 vsitati, sunt ferè de vsura su-  
 specti. Qualis est ille, quando *Impigno*  
 in summa pecuniæ mutuò da *ratio bo*  
 ta, percipitur alicuius villæ *norum.*  
 vel bonorum fructus pecunia  
 æstimabilis. Quidquid enim  
 lucri exinde, deductis consue-  
 tis oneribus, talis accipit, vsu-  
 ra est: Secus est, si bona talia

I 5 possidet

possidet in personam suam etiam titulo reemptionis resignata & vendita: quia tunc eorum, verus est dominus, & consequenter de bonis proprijs iuste fructus percipit.

Possent addi & alij complures casus: sed breuitas compendij non permittit. De usuræ restitutione, aliqua tangentur suo loco. Septima species

*Fraudulētia.*

furti est fraudulentia, & quæuis deceptio proximi in emptione, venditione, commutatione, & alijs contractibus, siue fiat per mensuram, pondus, stateram monetæ & mercium immutationem, aliud ostendendo, & aliud vendēdo, vel iustis mensuris, sed iniuste mensurando: siue hoc

fiat

fiat Christiano, siue Iudæo,  
vel Pagano; omnibus enim  
ex æquo tenetur quilibet iu-  
stitiam seruare. Item commit-  
titur à mercatoribus & artifi-  
cibus, quando inter se mutuò  
conueniunt de carè venden-  
do, sine auctoritate & æstima-  
tione publica. Item qui emūt  
scienter furtum aut rapinam,  
& similia malè acquisita, nec  
illa restitunt. Et generaliter  
omnes qui peccant cōtra il-  
lam Regulam Iuris naturæ:  
Quod tibi fieri non vis, alteri *Tob. 4.*  
non feceris. Et: Quæ vultis vt  
faciant vobis homines, eadē *Matt: 7.*  
& vos præstare illis: Quia cō-  
trà faciēdo, semper violatur  
charitas, & aliquando etiam  
iustitia, ratione cuius tenetur  
restituere.

DE

## DE RESTITVTIONE.

*Regula  
Restitu-  
tionis.*

**I**am de restitutione seruentur sequentia, & præcipua documenta. Primum. In omni peccato contra iustitiam commisso, est necessaria restitutio, cuiuslibet iniuriæ vel damni perpetrati, in persona, fama, bonis, & rebus quibusuis proximi. Secundum. Detinens alienum inuito domino, absq. proposito restitutionis, semper est in statu peccati mortalis. Tertium. Restitutio alieni non est differenda sine urgente causa, sed quàm primum exequenda. Quartum. Si quis bona fide alienum detinuit, hoc est, nesciens ignorantia inuincibili esse alienum,

num, non peccat nec tenetur restituere quod consumpsit, tantum hoc quod tunc habet, & in quo factus est inde ditior. Quintum. Sed si quis mala fide, id est, sciens fuisse alienum, vel ignorantia illegitima, detinuit rem alienam, tenetur restituere, non solum rem illam; sed eius fructum quem inde habuit, vel qui domino interea cessauit; & damna omnia quæ ex priuatione illius rei passus est dominus illius, tenetur illi refarcire. Sextum. Hæc restitutio debet fieri non solum in bonis fortunæ; sed etiam in bonis corporis & animæ, vt cæde, vulneribus, fama &c. vbicumq. aliquis detrimentum ex hoc retulit.



tulit. Septimum. Qui non habet unde statim omnia restituat, componat ad ratas cū illo cui tenetur restituere, & soluat vt potest. Si autem nihil potest dare, doleat quòd non possit, & habeat ad hoc animum paratum, si postea ditior erit. Octauum. Si mortuus est dominus rei restituendæ, restituatur successoribus veris; qui si defunt, vel omninò ignoratur dominus; tunc det pauperibus, vel in quemcunq; pium vsum meliorem ex sententia prudentis Confessarij. Si autem dominus est absens, & sine sumptu mitti non potest restitutio; tunc, vt supra dictum est, si bona fide possedit rem illam, mittet eam  
sumptu

sumptu domini: si mala fide,  
tunc proprio sumptu. Nonū.  
In ijs quæ turpi lucro acqui-  
sita sunt, sed quorum non ipsa  
acceptio; sed causa tantum  
est prohibita, vt quæstus me-  
retricius, alearum, taxillorum,  
chartarum & similitum, si eis  
interuenerat fraus, illicita ex-  
torsio, vel si fuerat acceptum  
ab eo, qui potestatem alienan-  
di non habebat, tunc talis te-  
netur veris dominis ad resti-  
tutionem. sin autem secus, nō  
tenetur restituere. Consulen-  
dum tamen est vt restituat, at  
non dominis, qui ius ad hoc  
amiserunt; sed pauperibus,  
vel ad pios vsus. Decimum,  
Quamuis sit necessaria resti-  
tutio; tamen sine propria dif-  
fama

famatione est facienda. Si ergo aliquis occultam iniuriam vel damnum nō potest secretè modò aliquo commodo, & securo restituere, faciat hoc per confessorem, qui non expressa persona restituente, imò nec re quæ restituitur, si æquiuvalenter mutari potest, eam domino restituat. Quòd si timeretur ne autor innotescat ex rei ipsius restitutione; poterit restituere æquiualens in pecuniā, vel alia re. Si autem apertè damnificauit, in bonis vel fama, apertè etiam restituat. Vndecimū. Ad restitutionem tenentur non solum ipsi damni autores; sed etiam complices illius facti, si fieri posset omnes in solidum cum

cum principali autore, sed si non possunt conuenire; tunc quilibet pro se integrum restituat, & ab alijs partes repetat. Talis autem participatio *Peccata iniuriæ, damni, vel cuiuscun-que peccati, nouem modis contingit, qui his versiculis comprehenduntur.*

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non ob- stans, non manifestans.

Primò. Quando quis iubet *Iussio.* alium aliquod peccatum face- re, quod alioqui per se non fe- cisset. Secundò. Quando ad hoc consilium præbet. Tertiò *Consiliũ* Quando deliberata volunta- te consentit in peccatum fa- *Consensu* cientis. Quartò. Quãdo laude

K vel

- Adulatio.* vel adulatione sua alterum incitat ad peccandum. Quintò, Quando peccanti auxilium, refugium, vel receptus aliquis, ad peccati patrocinium præbetur. Sextò, Quando de alterius peccato percipit partem cuiuscunq; emolumentum. Septimò. Quando cum potest & debet ex officio, non dissuadet peccatum alterius, vel passuro damnum non indicat. Octauò. Quando præter verba non resistit alterius peccato ut potest & ut tenetur. Nonò
- Conniuentia.* Quando legitimè requisitus, & quando tenetur reuelare, celat peccatum, quod scit alterum perpetrasse. Notandum tamen quòd hæc quæ dicta sunt, licet ab aliquo fiant; tamen

men non faciunt illum peccati consortem, nisi ex alicuius illorū causa & instinctu, principaliter, talia peccata realiter consequantur. Quæ etiam in alijs præsertim grauioribus peccatis erunt examinanda.

*De VIII. præcepto.*

**O**ctauo præcepto prohibet Dominus quod uis malū, quod per linguam proximo inferri solet: maximè autem ea quæ fiunt in iudicio per iniquos iudices, procuratores, falsos testes, iniustè alios ad forum trahentes &c. qui omnes tenentur ad restitutionem in quocunq. alios damnificauerunt. Maximè verò aduocati vel causidici ini-

*Iniuriæ forenses*

III *Audiend: Confess:*

*Menda-  
cium.*

qui, qui lingua plus nocent,  
quàm hostis gladio. Huc eti-  
am pertinet mendaciũ, quod  
est triplex. Primum iocosum,  
sed nullum offendens. Secũ-  
dum officiosum, non nocens,  
imò alicui commodans; vt si  
furioso quis negaret ad tem-  
pus sanitatis gladium depofi-  
tum. Hæc sunt venialia. Ter-  
tium est perniciosum vergens  
in fraudem, vel deceptionem  
alterius: & hoc semper est pec-  
catum mortale: excepto si es-  
set in materia leui; tunc enim  
est veniale. Reliqua duo præ-  
cepta prohibent actus interio-  
res concupiscentiæ, quos De-  
us respicit, & in omnibus  
peccatis sunt at-  
tendendi.

*Nonũ &  
Decimũ  
præce-  
ptum.*

## De præceptis Ecclesiæ.

**H**is subiungenda sunt sex  
 Præcepta Ecclesiæ, quæ  
 in superioribus, magna ex par  
 te sunt explicata: in quibus  
 cōfessarius examinet pro op-  
 portunitate & ratione perso-  
 næ. Primum autem est, Mis- *Missa*  
 sam singulis Dominicis & fe- *auditio.*  
 stis audire. Secundum, iei- *ieiunium*  
 nare Quadragesimam, ferias,  
 & vigiliis ab Ecclesia præscri- *Confessio*  
 ptas. Tertium, semel in anno, *annua.*  
 proprio sacerdoti, vt supra di- *cōmunio*  
 ctum est confiteri. Quartum, *in Pa-*  
 semel in anno tempore Pa- *schate.*  
 schali communicare. Quintū, *Festorū*  
 dies festos & solennes sancto celebra-  
 rum celebrare. Sextum, deci- *tio.*  
 mas & alios census Ecclesia- *Decima.*



sticos fideliter soluere. Huc referenda essent septem peccata capitalia. Quæ, & alij casus qui breuitatis causa hîc sunt omîssi, continentur his versibus.

PECCATA CONTRA DECALOGVM  
carmine comprehensa.

*Circa primum Præceptum.*

*Corde vel ore negans, errore aut schismate ductus.*

*Anceps, blasphemus, qui tentat, qui malè cultor.*

*Quemq; superstîtio grauat, aut cum Dæmone pacta.*

*Desperans, malè confidens, mundi- que timore.*

*Recta*

*Recta sinens, propria ignorans  
præcepta salutis.*

*Terrenis hærens nimium, ad diuina perosus.*

*Circa secundum præceptum.*

*Qui violat promissa Deo, quiq; asserit audax.*

*Iurando falsa, aut temerè, quiq; improba vouit.*

*Iurauitûe, alios nec ad id traxisse veretur.*

*Circa tertium Præceptum:  
sub quo præcepta  
Ecclesiæ.*

*Quicumq; operor vetitum, Missam  
& ieiunia linquo.*

*Non persoluo preces, vetitis me immisceo sacris.*

*Cum*

114 *Audiend. Confess:*

*Cum teneor non accedo, loca polluo  
sacra.*

*Sacratas violo res, personasq̄ pro-  
fanus.*

*Circa quartum Præ-  
ceptum.*

*Non veneror, non morigeror, non  
non adiuuo patrem.*

*Coniunctos uē pius foueo, aut huma-  
nus egenos.*

*Cui teneor parere, & quem observa-  
re recuso.*

*Proq̄ bonis sæpè ingratus contra-  
ria reddo.*

*Circa quintum præceptum  
sub quo & octauum  
continentur.*

*Ex odio mortem vel corporis infe-  
ro damna.*

*Quæri*

Quæro inimicitias, pugnas, iniustaq;  
bella.

Inuideo, accuso falsè, malè detraho  
fama.

Vindictam iratus meditor, conuitia,  
rixas.

Ad peccata alium induco, me spon-  
tè periclis

Offero, me cædo, impatiens, mor-  
temiè peropto.

Circa sextum Præceptum,  
sub quo Nonum.

Extra coniugium, Veneri qui cedit  
iniquæ.

Alterius violare thorum qui men-  
te paratus.

Qui loquitur lasciuia, animo qui tur-  
pia versat.

Per visus, nutus, tactus, malè ten-  
dit adulter.

Ad scelus, incestum admittit cum  
sanguine iuncta.

Cumq; intacta viro stuprum, Chri-  
stoq; dicatam

Sacrilegus violat: scelera his adiun-  
ge nefanda.

Circa septimum Præceptum:  
cui adiungitur De-  
cimum.

Rem cupio alterius, damnum fero,  
fraude, rapina

Usurpo aut teneo, non sum satiabi-  
lis opto

Per fas atq; nefas ditari: usura, ma-  
liq;

Contractus, & lucra placent inho-  
nesta: propinqui

Mentior in damnum: malè ludo,  
sumq; profusus.

## De Superbia.

Non accepta Deo, refero bona: vel  
mea certe

Ob merita accepisse reor: saepe arro-  
go quæ in me

Non sunt: aut certe videor præcelle  
re cunctis

Ambitione tumens: verum impu-  
gnare paratus,

Atq; obstinatus proprium defen-  
dere sensum.

Nec solitus propriam vlla in re a-  
gnoscerè culpam.

Iudico, contemno, derideo: resq; ho-  
minesq;

Scire volo, & facere aggredior su-  
perantia vires.

Peccandi haud timeo fretus virtu-  
te pericla.

## De Accedia.

Non benè ago, sed acta dolent, me  
aduersa repente

Deijciunt, & dona Dei mihi tradi-  
ta temno.

Virtutisq; labor grauis est, magis  
otia pigrum

Delectant, refugit mens ardua, se-  
pè vagatur.

Spirituale bonum tædet curare: re-  
missus

Ad bona quæ teneor, diuina exhor-  
reo iussa.

## De Gula.

Solicitus paro lautitias, & tempus  
edendi

Prauenio. vetitis, crebrò, cupideq;  
nimisq;

Delector: ventri demum omnem  
defero cultum.

*De alijs Capitalibus d  
ctum est in præceptis.*

Hæc sunt præcipua, & sum-  
mariè indicata. Ex quibus cõ-  
fessarius cõijcere potest, quã-  
tum requiratur studiij ad talia  
plenè assequenda: sine qui-  
bus tamen non poterit rectè  
perfungi officio suo. Doctio-  
res itaq; qui grauiores casus  
resolvere tenentur, ex his qua-  
si principijs, reliqua petant ex  
Summistis: & in eorum le-  
ctione saltem sic proficiant,  
vt in grauioribus casibus sci-  
ant dubitare, eorumq; resolu-  
tionem ex libris, vel consilio  
doctiorum petere. Rudiores  
autem, his quæ dicta sunt se-



dulò relectis, ea sibi potissimū deligant, quę subditis suis maximè quadrare intellexerint: & ex illis breuius interrogatorium conficiant, ad singulos pro suo statu rectè examinandos.

POST CONFESSIO-  
*nem denique hæc  
observabit.*

**P**Rimò, peccata grauiora re-  
petet: quæ ( si non pollet  
tanta memoria, & si absq. su-  
spitione pœnitentis hoc com-  
modum esse viderit ) sibi an-  
notabit inter confitendum: &  
de illorum grauitate pœniten-  
*Remediatem docebit. Postea dabit re-*  
*peccato- media ad illa euitanda, prout*  
*rum. expe-*

expedire iudicabit. Maximè autem, vt vitentur malæ societates, otium, & peccati occasiones: legantur libri sacri, vel deuoti spirituales: verbum Dei sæpe audiatur, & Missa, quam aliquando pro se etiam singulariter fieri conuenit. Eleemosynas largiatur: sæpè meditetur quatuor hominis nouissimas: ieiunijs, orationibus, & corporis mortificationibus instet: sæpè confiteatur, & communice, quandoque sentit grauem tentationem. Et in omnibus sit iustus, erga proximum suum: quia multum hoc illum iuuabit ad grauiora peccata deuitanda. Deinde Confessarius quærat, an doleat se Deum offendis-

L 4 se, &

*Cōtritio.*

se, & an habeat voluntatem firmam in posterum cauendi peccata. Si autem hoc non promittit, vel admodum frigide in hoc agit, inducendus est ad contritionem, per considerationem Diuinæ excellentiæ, bonitatis, & inuitabilis vindictæ, enormitatem & noxam peccatorum, Dei beneficia summa, quatuor nouissima hominis, videlicet Mortem, Iudiciū, Infernū, & cœleste gaudium. Quòd si adhuc maneat sine attritione hoc est, aliquali saltem metu pœnarum (vera tamen) peccati detestatione, vel si non est paratus dimittere consuetum peccatū, & eius causas, & occasiones statim relinquere; di-

re; dimittendus est non absolutus, cum instructione, & cū consolatione si habet pavidā conscientiam, & differendus est in aliud tempus, & interea consulendum illi, vt largiatur eleemosynas, & alia pia opera faciat; redeat in gratiam cum ijs, quos aliquo modo offendit. Postquam autem ita sese disposuerit, vt inueniatur sine querela apud Deum & homines, redeat denuò confiteri. Postea si apparebit saltem attritus (quia hoc sacramentum ex attrito facit contritum) imponenda est illi pœnitentia vel satisfactio, secundum qualitatem status, ætatis, virium, & peccatorum, quibus obnoxius est. Quia carnaliter vi-

*Lucæ 1.**Satisfactio.*

uentibus imponenda sunt ieiunia, & aliæ mortificationes corporis, donec sentiant in se

*Psal. 108* illud Dauidicum: Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum, id est, propter subtractionem eorum, quibus corpori indulgeri solebat. Auaris potissimum eleemosynæ frequentes iniungendæ sunt. In deuotis orationes certæ & frequentiores. Et sic de alijs. Semper autem eò tendat iniuncta pœnitentia, vt sit digna præteritorum expiatio, & futurorum cautela. Monendus autem vt pœnitentiam fideliter expleat, ne olim grauius in purgatorio extremum quadrantem reddere necesse habeat.

habeat. Siquidem aliquando pro vno graui peccato septennalis pœnitentia iniungebatur. Cauendum est etiam, ne pro peccato occulto, publica vel manifesta pœnitentia iniungatur, ex qua peccatum illud saltem suspitione prodi possit. Restitutio si qua debetur, non solùm iniungenda; sed etiam si expedierit cautione asscuranda. Si enim in confessione omitteretur vel dissimularetur, nihil prodesset absolutio. His exactis, quærendus si acceptat pœnitentiã, & promittit se eam expleturum; & super hoc, si humiliter petit absolutionem. Demũ absoluat, præmittendo (si voluerit) Misereatur &c.

**DEIN-**

DEINDE DICAT  
*cum intentione absol-  
 uendi hanc absolutio-  
 nis formam.*

**D**ominus noster Iesus Chri-  
 stus, qui est summus Pon-  
 tifex, te absoluat: & ego au-  
 thoritate illius, mihi quamvis  
 indigno concessa, absoluo te  
 in primis à vinculo excom-  
 municationis, suspensionis &  
 interdicti, in quantum possum  
 & indiges: deinde absoluo te  
 ab omnibus peccatis tuis. In  
 nomine Patris, & Filij, & Spi-  
 ritus sancti. Hæc est germana  
 absolutionis formula, præter  
 quam quidquid à quibusdã  
 teme-

temerè & contra eius intentionem addi solet vel adimi, sacrilegium est. Si autem ab excommunicatione quoque certa & confessâ absoluere debet, faciat hoc vel ante ipsam confessionem, tali formula: Ego te absoluo ab excommunicatione, quam incurristi, hac vel illa (quæ exprimitur) de causa. Si autem vnica absolutione vtrunq. expedire magis commodū est, eandem formulam, suo loco, hoc est ante absolutionem à peccatis, in ipsa absolutionis forma inserat. Similiter faciat de alijs censuris, si quis illas confessus fuerit: & ipse potestatem absoluendi habet.

Tunc enim diceret: absoluo  
te in-

*Absolutio excommunicationis.*



te in primis à vinculo excommunicationis (vel) suspensionis, vel interdicti, quam, vel quod, ex tali causa incurristi. Et dispenseo tecum super irregularitate, quam incurristi propter hoc vel illud: & habilito te ad actus legitimos. Si verò dubitat pœnitentem his esse innodatum vel se posse absoluerè, dicatur ad cautelam vt supra in formula, quantum possum, & indiges &c. In absoluteione autem laicorũ omittat prorsus mentionem suspensionis, & irregularitatis. Quòd si de casibus reseruatũ vigore Iubilei absoluit, præmissis consuetis exordio, commodiùs rem exprimet, si dixerit: Et ego auctoritate qua

ex officio meo & vigore præ  
 sentis Iubilei fungor, te absol-  
 uo &c. Si verò consueta for-  
 mula vtatur, saltem taliter ab-  
 soluendi intētionem habeat.  
 Deniq; hanc clausulam vtilis-  
 simè addet. Passio Domini  
 nostri Iesu Christi, & merita  
 beatissimæ virginis Mariæ, &  
 omnium sanctorum, & quic-  
 quid boni feceris, & mali su-  
 stinueris, sint tibi in remissio-  
 nem peccatorum tuorum, in  
 augmentum gratiæ, & præmi-  
 um vitæ æternæ. Amen. Hæc *Absolu-  
 ticum* autem, vel eum qui sci-  
 enter legit vel retinuit libros *re  
 cōcilia-  
 tio*  
 hæreticos vel prohibitos, sic *Here  
 re  
 tici.*  
 reconciliabit & absoluet. An-  
 te omnia diligenter examinā-  
 dus est, num sciat orationem  
 Domi-

Dominicam, Salutationem  
Angelicam, & an sciat, & cre-  
dat duodecim articulos fidei,  
tum præcipuè nonum, qui as-  
serit sanctam Catholicam Ec-  
clesiam, qui articulus de ea  
Ecclesia indubiè credendus  
est, in qua nos sumus: cuius ca-  
put & moderator est Roma-  
nus Pontifex. Deinde confes-  
sione facta de peccatis omni-  
bus, præsertim hæresi, & libris  
prohibitis saltem priuatim co-  
ram sacerdote combustis, vel  
dilaceratis, antequam absol-  
uatur, publicè coram duobus  
vel pluribus testibus ante  
summū Altare pœnitens fle-  
xis genibus, & duobus digi-  
tis super Missali aperto posi-  
tis in hæc verba abrenuntiare  
debe-

debebit. Ego N. corde contrito & humiliato recognosco & confiteor coram sanctissima & indiuidua Trinitate & tota curia cœlesti, nec non coram vobis omnibus, me grauiterrasse in tali ac tali hæresi (& illas enumeret explicitè, vel præcipuas illarum si multæ fuerint) quã vel quas hæreses, & omnes alias quocunq; nomine censeantur, abiuro & anathematizo. Cōsentio autem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Tum & illud execror, quod legi, habui, tenui, & alijs ostendi libros hæreticos & prohibitos, quos etiam nunc cū Ecclesia reijcio, eosque me in posterum nec lecturum nec seruaturum ampli

M            us pro-

ūs promitto, sed seruaturum  
 fidem illibatam, quam sancta  
 Romana Ecclesi a tenet & pre  
 dicat. Quæ omnia suprâdicta  
 iuro: sic me Deus adiuuet, &  
 hæc sancta Dei Euāgelia. His  
 exactis, Cōfessarius sedendo  
 vt iudex (si erit commodum)  
 iniuncta pœnitenti salutari sa  
 tisfactione, absoluet eum iux  
 ta formulam suprâscriptam  
 inserta, iuxta priorem instru  
 ctionem, verbis breuissimis  
 causa excōmunicationis, pro  
 pter talem vel talem hæresin  
 vel lectionem librorum hære  
 ticorum, vel prohibitorū &c  
 Nouissimè si opportunū fue  
 rit, poterit stans super ipsun  
 genu flexum, hanc Orationi  
 dicere.

O R E.

*Oremus.*

Omnipotens sempiterne  
Deus, hanc ouem tuā de fau-  
cibus lupi, tua virtute subtra-  
ctam, paterna recipe pietate,  
& gregi tuo reforma pia be-  
nignitate, ne de familiæ tuæ  
damnò inimicus exultet, sed  
de conuersione & liberatio-  
ne eius, Ecclesia tua, vt pia ma-  
ter de filio inuento gaudeat.

Per Christum Dominum  
nostrum. Amen.

Magis solennem reconcili-  
ationis formulam si voluerit,  
illam ex Agenda noua Cra-  
couiensi, vel aliunde petet.

## APPENDIX DE

*præcipuis casibus Bullæ, Cœnæ Domini, & Irregularitatis.*

**B**VLLA Cœnæ Domini, complures ac ferè præcipuos casus, summo Pontifici, propter eorum singularem enormitatem reseruos complectitur. In quibus passim absolueudis, cum hæctenus satis superque erratum fuerit : operæpretium visum est, eiusdem Bullæ summam huc apponere, vt sacerdotes huius rei antehac ignari, in memoriã reuocent, si ab aliquo tali casu ququam absoluerint, & sese excommunicatione quam propterea incurrerunt (& fortasse Irregularitate, si sic excommunicati officia sacerdotalia exercuerunt) eliberent. Deinde vt sic nulliter absolutos, ad corrigendum talem errorem, per aliam confessionem, ista Iubilei sacri opportunitate commoneant. Et in posterum populum Christianum cautum, efficiant, à tali

à talibus delictis diligentius præcauendi; quæ elapso hoc Iubileo, non nisi ab ipso summo Pontifice absolui poterint. Item, cum magna pars sacerdotum, adeò negligenter, ne dicam malitiosè sese gerant, vt sæpè sæpius non solùm excommunicationis, sed etiam Irregularitatis (quæ officium illorum prorsus impedit) censuram incurrant, in eaq; miseri non solùm perseuerent, sed etiam vitā (proh dolor) suam quandoq; exigant: perutile atq; adeò necessarium visum est, præcipuos Irregularitatis casus, in Directorio Ioannis Polanci luculenter collectos huc adiungere. Reliqui id genus, tum etiam aliarum censurarum, hoc est, excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ex Syluestro, vel alio Summista erunt petendi, ne institutam compendij breuitatem excedamus.



## S V M M A R I A B V L L Æ

*Cæne Domini capita, ex proces-  
su illius Roma allato.*

**S**Iquidem ad honorem Di-  
uini nominis & animarum  
salutem, summus Ecclesiæ Pa-  
stor id potissimum cõtendit;  
vt Dei verbum & scriptum,  
& traditum, purum putum cõ-  
seruet & tueatur. Quod cum  
præstare minimè queat, nisi  
cum sua, tum reliquorum Pa-  
storum qui in partem sollicitu-  
dinis vocati sunt, defendat au-  
thoritatem, cum Reip: Chri-  
stianæ securitati prospiciat, fa-  
ctum est, vt in Bulla diris omni-  
bus quatuor deuocantur ho-  
minum genera. Vnum est Hæ-  
reticorum, qui verbum Dei

modis omnibus adulterare in  
primis conantur: ijs etiam an-  
numerantur, qui illis fauent,  
aut illorum libros scienter le-  
gunt, retinent, imprimunt, seu  
defendunt, nec non & Schif-  
matici. Alterum eos compre-  
hendit, qui ipsius Pontificis  
authoritatem lædunt: cuius-  
modi sunt, qui ab eius senten-  
tia ad futurum Concilium ap-  
pellant: Apostolicas literas  
corrumpunt: cibaria & cõmea-  
tus ad urbem impediunt, &  
in ea commorantes turbant:  
Romanæ curiæ officiales, ho-  
minesq; ad ipsam curiam ac-  
cedentes, ab eaq; recedentes  
vlla molestia afficiunt: in Car-  
dinales, Episcopos, Legatos  
vel nuntios, manus violentas  
inijciunt,

inijciunt, causasq; in curia pē  
dentes ad seculare tribunal  
pertrahunt &c. Tertiū est eo-  
rum, qui Catholicæ Ecclesiæ  
Præfulum iurisdictionem quo-  
vis modo imminuunt: in quo-  
rum numero censentur ij, qui  
ad illos opprimendos leges  
figunt atq. refigunt, vectiga-  
lia ab hominibus Ecclesiasti-  
cis extorquent, fructus redi-  
tusq; eorum violenter vsur-  
pant, & eos ad tribunal secu-  
lare compellunt &c. Quartū  
ad eos pertinet, qui arma vel  
quamvis pro construendis ar-  
mis materiam ad Mahometan-  
os, reliquosq; Christiani no-  
minis hostes deferūt, eisdem-  
que Christianorum consilia  
produnt: quiq; nova vectiga-  
lia si-

lia sine legitima potestate imponunt, & naufragium perpeſsis, ſua bona & merces minimè reſtituunt, atq. piraticã exercent &c. Quadruplex igitur cùm ſit. eiufmodi conditio hominũ, qui cum aſſeclis & adiutoribus ſuis anathematis gladio feriuntur: quatuor quoq; capita (vt ſuprà fuit expoſitum) ſummatim Bulla cõplectitur. In ea deinde pœnis grauiffimis cautum eſt, ne vlli confeſſarij, vllis cuiuſcũq. ſortis homines abſoluere audeant: indultis ad id & confeſſionalibus ex toto abolitis. Declarantur etiam ij, qui Bullæ huius tranſumptum penes ſe habere, & ſemel in anno publicare tenentur. Poſtremò,

N            quibus

quibus notis fides habenda sit, transumptis explicatur.

## DE IRREGVLARITATE.

**I**Rregularitas, est nota seu impedimentum Canonicum, de facto proueniēs, qua quis ad Ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur. Vnde latius patet, quàm suspensio, quæ tantum importat inhabilitatem ad executionem. Tribus modis in genere contrahitur, ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu sacramenti: nunquam tamen incurritur, nisi secundum illos modos vel casus, qui expressi sunt in iure. Sunt autem viginti tres casus. Primus, per homi-

homicidium. Secundus, per ordines susceptos vel exercitatos in maiori excommunicatione. Tertius, per plures ordines sacros vno die receptos, vel minores cum aliquo sacro. Quartus, per reiterationem Sacramentorum imprimementium characterem. Quintus, per Apostasiã à fide. Sextus, per infamiam iuris vel facti, quæ tollit executionem ordinum, & exercitium cuiuscunq. dignitatis, & honorem quæsitũ & quærendum. Septimus, per ordinationem ab Episcopo manifestè excommunicato, schismatico, hæretico, deposito, suspensio, interdico, degradato: secus si toleratur adhuc ab Ecclesia. O-

ctavus, recipiēdo ordines ab  
 eo qui renunciavit loco & di-  
 gnitati, vel ab Italico, si reci-  
 piens sit vltromontanus, &  
 celebret. Nonus, recipiendo  
 extra tempora, vel ante æta-  
 tem (si à iudice prohibitus ce-  
 lebrat dum prohibetur) vel  
 sine dimissorijs iuxta multo-  
 rum opinionem, quæ hodie  
 videtur teneri. Decimus, mi-  
 nistrando in ordine non habi-  
 to. Vndecimus, incurritur à  
 suspensio, excōmunicato vel  
 interdicto, ingerenti se diui-  
 nis, celebrando, vel faciendo  
 aliquid attributum certo ordi-  
 ni, etiam minori, vt Accolyta-  
 tus, si vt talis id faciat. Duo-  
 decimus, propter crimen quo  
 suspensus est à canone, si cele-  
 brat.

brat. Decimustertius propter bigamiam. Bigami enim nec promoueri, nec exequi actū ordinis sine dispensatione possunt. Decimusquartus, propter matrimonium contractū ab eo, qui est in sacris, vel habet votum solenne. Decimus quintus, per celebrationem vel cuiusuis ordinis executionem in loco interdicto. Decimus sextus, propter corporis vitium, id est, si quis est mutilatus aliquo membro vel debilitatus, qualis est cœcus, vel habens manum aridam, vel aliud membrū inefficax, si quidem reddatur inhabilis, ad frangendum, vel contrectandum hostiam, vel calicē: vel si scandalum generat pro-



pter deformitatem. Decimus  
septimus, propter illegitima-  
tionem. Decimus octauus,  
propter dilationem baptismi  
in adultis vsq. ad ægritudi-  
nem, nec ista Irregularitas tol-  
litur per baptismum. Decimus  
nonus, quando religiosus e-  
greditur claustrū ad audien-  
das phisicas scientias, si infra  
duos menses non reuertitur,  
& solus Papa dispensat. Vice-  
simus, quando Episcopus,  
presbyter, aut diaconus recur-  
rit ad Imperatorem, sub præ-  
textu iniustæ excommunic-  
tionis: & à solo Papa dispen-  
satur. Vicesimus primus, pro-  
pter Hæresim. Vicesimus se-  
cundus, quòd fit aliquis curia-  
lis, id est obligatus quacunq.  
causa,

causa, alicuius publicæ potestatis curiæ, siue vt officialis, siue vt aduocatus, siue vt miles &c. Viceſimus tertius propter seruitutem.

Vt autem fusiùs dicatur de irregularitate, quæ contrahitur per homicidium vel mutilationem actualem, vel cùm quis operatur aliquid, quod fit propriè horum causa, etiã absq. peccato: aduerte. Quòd si effectus non sequitur, nunquam incurritur irregularitas, quia sola voluntas non sufficit. Tres autem regulas ponit S. Thomas ad discernendum, quando huiusmodi irregularitas incurratur. Prima est qui dat operam rei licitæ, adhibens diligentiam quam de-

bet, & non excedens, nec habens voluntatem occidendi, vel mutilandi, non fit irregularis propter sequens homicidium. Secunda est, qui dat operam rei licite non adhibens diligentiam, quam debet, vel existens in culpa commissio- nis, etiam leui, non autem leuissima, id est, omissionis, fit irregularis. Sub his plurima particularia elucescere possunt. Et aduerte, quod Iudex, vel Doctor, in dubio non debet aliquem iudicare irregularem; seipsum tamen in dubio quisque reputet. Notandum autem, quod quando irregularitas contrahitur propter occisionem vel mutilationem iniustam, non est ea qua admit-

admitti dicitur propter homicidium voluntarium: vnde ea non reseruatur Papæ, sicut ea quam per voluntarium homicidium quis incurrit. Prælati vel clerici, qui petunt contra aliquem iustitiam, cum protestatione, quòd non intendunt pœnam sanguinis, non incurrun irregularitatem, licet sequatur effectus: nec qui proditionem vel proditorem reuelat, cum hac protestatione: secus si non protestatur: Tamen inquisitor tradens Hæreticum iudici seculari, licet instet vt comburatur, non fit irregularis: quia solùm eis prohibetur executio.

Vt autem meliùs intelligatur irregularitas, quæ incurritur

tur ex homicidio, vel mutilatione in bello etiam iusto; notanda sunt & quæ sequuntur. Primò, Clericus repellens vim vi, cum moderamine inculpa-

\* *hoc est* tæ tutelæ, \* si occidat, non fit *si aliter* irregularis. Similiter si in bello iusto de licentia Papæ exit effuge primientis, quòd possit indiffere mortè ferenter pugnare, quenquam vel a- occidat. Secundò, si vtatur *atrox vul* mis, vel præstat auxilium, con- *nus.* filium, vel fauorem, incutiendo timorem aduersarijs, si cū ijs occidatur quisquam, fit irregularis. Tertiò, qui est in bello iusto cum armis defensionis, hortans bellantes, & intercedens pro eis, dummodò non occidat, vulneret, mutilet, non fit irregularis: si ipsi pignant

pugnant, sed non occidunt, nec mutilant; non sunt irregulares: & si putat Clericus se occidisse potius quàm contrà, censendus est irregularis, aliter non, nisi alij scirent certò ipsum occidisse. Cùm quis absoluitur à peccatis, prius debet absolui ab excommunicatione; non tamen ab irregularitate dispensari, quæ secundùm se peccatum non est, nec peccatum includit, vt excommunicatio: propter clericos tamen utilis est hæc cognitio confessori. Tribus modis tollitur irregularitas: aliqua per baptismum, si venit ex sequela peccati propriè, non autem si ex bigamia, nec ex defectu natalium. Secundo ali-

dò aliqua irregularitas tollitur, per religionis ingressum, quæ scilicet non prouenit ex proprio delicto; talis enim posset promoueri ad ordines, sed non ad dignitates: tamen faciliat dispensationem religio. Tertio modo per dispensationem tollitur omnis irregularitas. Prælati mittentes ad ordines suscipiendos subditos, vel Episcopus promouens, ipso facto dispensant, si hoc intendunt.

F I N I S.



IN-

# INDEX RERVM ET

*verborum exquisitissimus.*

## A.

Abortus quando est homicidium.	70
Absolutio quæ requirit.	5
Absolutio quando differenda, 24.26.75.123	
Absolutionis apparatus.	121.151
Absolutionis sacramentalis formulæ.	127
Absolutio Bullæ Cœnæ Dñi.	135.140
Accedia, & eius species.	119
Adoratio quibus, quomodo debetur.	41.49
Adulteri enormitas, & cautelæ.	78
Aduocati peruersi quantum peccant.	110
Apostata à fide fit irregularis.	142
Articulus mortis quid.	7
Artificum peccata.	102

## B.

Baptismi dilatio qualis, facit irregularē.	144
in Bello quando cōmittitur homicidiū.	75
Bigamia in rusticis examinanda.	80
Bigami ordinum non capaces.	144
Blasphemia quomodo committitur.	44
Bonitas in confessario requiritur.	12
Bonorum locatio quando effugit vsurā.	101
Bullæ cœnæ Domini cautelæ.	135.148
	Bullæ



Bullæ coenæ Domini summa.	140
Bullæ Coenæ Domini publicatio.	141

## C.

Carnes humanæ an edi possint.	54
Castitas coniugalis propter orationem.	79
Castitas triplex, in quo consistit.	83
Castitatis alienæ profututio quātū scelus.	86
Casus reseruatī quando absolui possunt.	7
Cauponum officium periculosum.	62
Censura canonica quæ impedit,	4
Censurarum Ecclesiasticarum absolutio.	129
Census Emphiteosis quomodo licitus.	100
Choreæ, & similes lasciuie, qualia peccata.	85
Cibi sumendi ratio.	51
Circumstantiæ peccatorum quid possint.	34
Clericus occidens quando non est irreg:	149
Cœlibatus violatio quantum peccatum.	81
Cognatio carnalis & spiritalis quæ.	ibid.
Communio in Paschate est ex præcepto.	22
Concupiscentiam vetat lex diuina.	84. 111
Confessarij munus quale.	1. 9
Confessarij boni requisita.	3. 10. 19
Confessarij impedimenta.	4
Confessio proprio sacerdoti facienda.	7
Confessionē, improbitas sacerdotū impedit.	13. 16
	Confes-

Confessio sacramentalis, sit singularis.	16.28
Confessio generalis quando & cur fieri de- beat.	17
Confessionis audiendæ praxis.	19.28
Cōfessio semel in anno est ex præcepto.	22
Confessio non integrè facta, iteranda.	23
Confessionis bonæ requisita.	26.28
Coniugum carnalia peccata.	73
Coniugalis actus cautelæ.	79.86
Contiones cur audiendæ.	48
Contritio præcedat absolutionem.	123
Corporis vitium quale facit irregularē.	144
Correctio liberorū & seruorū qualis sit.	64

## D.

Damnum emergens diluit vsuram.	97
Debitum coniugale reddendum.	79
Decalogi succincta explicatio.	37.113
Decimas, & alios redditus Ecclesiæ defrauda- re graue peccatum.	66.90
Defloratio virginis quale peccatum.	77
Diuinitio quid, & quæ continet,	39
Domini quid debēt seruis & subditis.	64.68
Dos retenta cum fœnore accipi potest.	107

## E.

Ebrietatis enormitas, & censura.	55
Ebrietas maximè Clericis cauenda.	13.58
Ebrieta-	

Ebrietatis cōmissæ, vel permissæ pœna.	57
Educatio pia debetur liberis.	63
Eleemosynæ dandæ quale præceptum.	50
Emptionis & venditionis cautelæ.	101
Eucharistia adoranda.	41.47
Examen in Confessione quale.	10.21.30
Examen conscientiæ præcedat confessionem.	26.28
Examen pœnitentis Hæretici.	130
Excommunicatus non est capax Sacramentorum.	27
Excommunicati absolutio.	27.128
Excōmunicatio Bullæ Cœnæ Domini.	137

## F.

Festorum violatio quomodo fit.	45
in Festis peccata cōmissa grauiora fiunt.	50
Fidei examen in confessione.	49.149
Fornicatio quantum peccatum.	76
Fraudulentæ in contractibus modi.	101
Furtum quid, & quæ comprehendit.	86

## G.

Gula quale peccatū & eius species.	51.119
------------------------------------	--------

## H.

Hæresis quanta enormitas.	37
Hæresis facit irregularem.	145
Hæreti-	

Hæreticus quis, & quomodo absol.	37.130
Hæretici & eorum fautores excōmunic.	138
Hæreticæ Parochiæ à vicinioribus Parochis curandæ.	8
Homicidium mentale quod.	68.73.75
Homicidium reale & voluntarium quod, & eius absolutio.	70.73.147
Homicidium casuale quod.	70
Homicidia occulta quæ.	75
Homicidiorum diuersa Irregularitas.	145
Homicida Clericus, quando non est Irregularis	149

## I.

Ieiunium ante communionem quale.	18
Ieiunio qui non obstringuntur.	85
Illegitimi sunt irregulares.	145
Incestus quid, & quale peccatum.	81
Incantationes maleficæ & supersticiosæ.	40
Infamia qualis facit irregularem.	142
Infidelitas quid & quale peccatum.	37
Infidelium contra Christianos, fautores excōmunicantur.	139
Inimicis quomodo remittendum.	74
Iniuriæ quomodo dimittendæ.	ibid.
Inuentarum rerū restituendarū Regulæ.	88
Irregularitas quid, & eius casus.	141
O	Irregula-

Irregularitatis cautelæ.	136.146
Irregularitas accusando reum quomodo vitatur.	148
Irregularitas non includit peccatum.	149
Irregularitas quomodo tollitur.	151
Iudicium quomodo peruertitur.	67.110
Iuramentum quomodo licitum:	42
Iurisdictio qualis confessario necessaria.	6
Iurisditionem Ecclesiæ violantes excommunicati.	139
Iustitia cõmutatiua nõ respicit personas.	101

## L.

Labor in festis qui prohibitus.	43
Liberi quid debent parentibus.	63
Liberorum adulterinorum prouisio.	78
Libri qui confessarijs legendi.	9
Libros Hæreticos vel prohibitos legere vel habere, sapit hæresim.	38.132.138
Literas Papales falsantes excõmunic.	138
Literæ dimissoriales necessariae.	143
Lucrum cessans effugit vsuram.	97
Lucrum turpe, an restituendum.	106
Luxuria quale peccatũ, & ei? species.	76.79
Luxuria mentalis quæ.	84
Luxuriæ incẽtiua quæ, & qualia peccata.	85

## M.

Magistra-

Magistratus quàm periculosus.	66
Maledictio creaturis quale peccatum.	44
Marrimoniꝯ abusus.	79
Matrimoniuꝯ cœlibem facit irregularẽ.	144
Mendacium quale peccatum.	111
Mercatorum peccata.	102
Mercatus in festis an celebrandi.	46
Missã quando & quomodo audienda.	41. 47
Mollicies ppria est peccatũ contra naturã.	83
Murmuratio quale peccatum.	44

## O.

Obstinatio est peccatum contra spiritũ S.	38
Oculi in peccando maximẽ custodiendi.	84
Odium proximi quomodo homicidium.	73
Opera misericordiæ exercenda.	49
Oratio confessario necessaria.	11. 19
Ordinis mala susceptio facit irregularẽ.	142

## P.

Parentes quæ debent liberis.	63
Paschatis tempus quod.	17
Pascha quomodo est tempus communionis & confessionis.	22
Pastoris officium.	3. 12. 67
Peccatorum remedia.	11. 122. 125
Peccata oblita quatenus absoluntur.	24
Peccatorum diligens fiat censura.	31

Peccatum mortale & veniale quod.	31
Peccata quæ confitenda.	33
Peccatorum grauitas vnde metienda.	35
Peccata in festis fiunt grauiora.	50
Peccatum contra naturam nefandum.	82
Peccata aliena quæ, & quomodo obligant ad restitutionem.	108
Peccata capitalia.	113.119
Peccata contra decalogum carmine compre hensa.	113
Peculatus quid.	90
Peregrinis vbiq; libera sunt sacramenta.	7
Pœnitentia satisfactoria post absolu.	25.124
Pœnitentia homini est propria.	29
Pollutio carnalis quale peccatum.	83
Potestas confessarij duplex.	4
Præcepta actum imperant non finem.	48
Præcepta Ecclesiæ quæ & quot.	112
Præceptum generale legis naturæ.	102
Prælatorum Ecclesiæ, authoritatem violan tes excommunicati.	138
Prudentia confessarij qualis sit.	10.11.14
Pudor confitendi stultissimus.	28.30
Pupillis quomodo fauet vsura.	98

## R.

Rapina quæ includit.

88  
Raptus

Raptus quale peccatum, & quid impedit.	77
Reconciliatio inimici qualis necessaria.	74
Religionis actus præcipit primū præcep.	41
Restitutio necessaria, & quando.	35.126
Restitutio v furæ qualis.	96
Restitutio Simoniaci.	93
Restitutionis faciendæ regulæ.	103
Restitutionem tenentur etiam cōplices.	107
Romanæ sedi nocentes excōmunican.	138

## S.

Sacerdos curatus.	Vide pastor.
Sacerdos proprius quis.	5. 22
Sacerdotis ebriosis pœna.	13.57
Sacramenta à proprio Sacerdote administrāda.	6
Sacrilegium voti castitatis grauissimum.	51
Sacrilegium furti species, triplex.	90
Sanctis honor qualis exhibetur.	49
Satisfactio post absolutionem,	25.124
Scandalum in cibo quando datur.	53
Schismatici excommunicantur.	138
Scientia confessarij qualis sit.	8.11.120
Seruorum erga dominos officium	64
Sigillū confessionis quale & quantū.	14 23
Simonía quid, quotuplex, eius grauitas.	91
Simoníæ censura & pœnæ.	94
	Subditus



Subditus ad absoluendum quis dicitur.	5. 21
Subditi alieni quando possunt curari.	6
Subditorū erga superiores officiū.	62. 66. 67
Superbia & eius species.	18
Superiores quid debeant subditis.	66
Superstitio prohibetur, & quæ continet.	37
Suspensio non attingit Irregularitatem.	141

## T.

Thesaurus inuentus ad quem pertinet.	89
--------------------------------------	----

## V.

Vadium retenti debiti quando licet accipere.	99
Vanæ obseruationes.	40
Vestigalia clericis imponentes, vel iniqua statuentes excommunicantur.	139
Viduarū & pupillorū cura sit iudicibus.	68
Votum duplex, & quomodo violatur.	42
Votorum relaxatio quibus modis fit.	43
Vsura quid, & in quibus committitur.	94
Vsuram qui contractus diluunt.	95
Vsuram moderna lucra vi euadunt.	100

*Finis indicis.*

N C O M M E N D A  
tionem Libelli.

A Efabrè ve quondam tabulis præclarus  
Apelles

Effinxit faciem virginis Idaliæ:

Sic etiam, quæ sit morum censoris imago,

Magna auctor pinxit sedulitate bonus.

Huc igitur conuertere animum; venerande sa-  
cerdos:

Et quem dat grata, suscipe mente librū.

Hinc magnos capies fructus, & commoda  
tanta,

Vix magno veniant quanta labore tibi.

Nam quæ te multis opus esset querere libris

Hoc collecta tibi suppedabit opus.

Hinc quæ sint merita, & quæ sint peccata,  
licebit,

Quæ soluenda tibi, quæne liganda, scias,

Ergo age, ne dubites paruo tibi tāta parare

Emolumenta, breui tempore doctus eris,

Petrus Rusiecki.

... non me  
... in hunc mundum

... non sicut  
... in hunc mundum  
... non sicut  
... in hunc mundum

... non sicut  
... in hunc mundum  
... non sicut  
... in hunc mundum

... non sicut  
... in hunc mundum  
... non sicut  
... in hunc mundum

... non sicut  
... in hunc mundum  
... non sicut  
... in hunc mundum

Inw. \_\_\_\_\_

Opraw. \_\_\_\_\_

Oprac. \_\_\_\_\_

Katalog \_\_\_\_\_


Magazyn \_\_\_\_\_


W 41/57

30. Mf


100 25

Amby 25









Konserwacja dokonana w r. 1961  
przez Piotra Karowskiego  
Intelligatora Biblioteki Miejskiej

1840  
1841

XVI, 1

1

15

1997

1997